

## **... Commentatio Anti-Rabbinica De Messiæ Adventu, Vt Sit Holocaustum Et Piaculare Sacrificium**

Gryphiswaldiae: Typis C. Höpfner, [1729?]

<https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-63862-p0011-9>  
<https://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1857951832>

Druck Freier  Zugang







387

a. B.  
48. 6. 8.

15.

Fa - 1092 (15.)





עמי עשן.  
מלך המשיח הבא  
להיות עוליה ומטורה :

sive

COMMENTATIO ANTI-RABBINICA  
DE

**MESSIÆ AD-  
VENTV,**

**VT SIT HOLOCAVSTVM ET  
PIACVLARE SACRIFICIVM,**

*Consensu Amplisf. <sup>QVAM</sup> Facult. Philosophicæ,*  
P R Æ S E S

**NICOLAUS KÖPPEN,**

LINGV. OR. P. P.

&

RESPONDENS

**JOH. GEORGIUS HASELBERG,**

PECCATEL. MEGAPOL.

S. S. THEOL. ET PHIL. STUDIOVS.  
publicæ disquisitioni submittent

Anno MDCCXXIX. d. Maji b. locoꝝ consuetis.

---

GRYPHISWALDIÆ, Typis C. Höpfneri, Reg. Acad. Typogr.

COMMENTATIO ANTI-RELIIGIOSA  
DE

MESSIAE AD-

VENTU.

VT SIT HOLOCAUSTUM ET  
PACVM AERE SACRIFICIVM.

of the  
Congregatio Augusti. Facult. Philosophicae  
P. R. E. S. E. S.

NICOLAVS KÖPPEL

LINGV. OR. P. P. P.

PROFESSOR &  
JOH. GEORGIVS HASSELBERG

PROFESSOR MEGALOT.

S. & THEOLOG. ET LIT. STUDIOSVS

Conservator Typog. C. G. G. R. G. A. G. L. T. R. O. G.

ILLVSTRISSIMO, atque EXCEL-  
LENTISSIMO DOMINO,

DOMINO

JOHANNI GE-  
ORRGIO

de HOLSTEN,  
ORDINIS ELEPHANTINI  
EQVITI,

AVGVSTISSIMI DANORVM MO-  
NARCHÆ CONSILIARIO INTIMO, PRÆFACTO  
DITIONIS TVNDERENSIS SPECTATISSIMO, COL-  
LEGII DE PROPAGANDA FIDE INTER  
GENTILES DIRECTORI SVPREMO,

HEROI IN TOGA INCLYTISSIMO,  
AC DE ECCLESIA CHRISTI IMMORTALITER  
MERITO

DOMINO SVO CLE-  
MENTI.

JLLVSTRISIME atque EXCEL-  
LENTISIME DOMINE

**T**Ametsi infanti pudore deterritus haut te-  
mere a me impetrare potui, ut infinitis,  
quæ sustines, negotiis, ILLVSTRISIME &  
EXCELLENTISIME DOMINE, mole-  
stus interpellator obstreperem; quod improbum o-  
mnino sit in publica commoda peccare, eorumque  
tempora morari, qui longe altioribus intenti humi-  
stratorum rebus ac sermonibus vacare minime pos-  
sunt: vicit tamen & fecit, cujus vel nutui mihi reli-  
gioni est non parere, voluntas & jussus, ut timori  
meo imperarem, & ad TE decurrerem, atque, quo  
TE ambitu, quibusque possum, convenirem preci-  
bus, ne graveris expurgationem audaciæ meæ acci-  
pere, meque in deditissimis Clientibus TVIS adnu-  
merare. Qua quidem in causa spem mihi præluce-  
re videtur optimam inusitata TVA & incredibilis  
mihi

5.  
mihi toties prædicata facilitas, qua ignotos quoque  
ad TVI venerationem prolicis; humanitatis vero  
& bonarum literarum, quarum & Auctor & Fautor  
maximus Ipse, cultores ita devincis, ut TIBI vitam &  
fortunas debere fateantur. Accedit, quod familiam  
ducit, propria quasi ac perpetua ad caritates meas  
meque pertinens voluntas TVA & propensio. TV  
ILLVSTRISSE DOMINE es, qui dulcissimum  
Parentem meum, *Peccateliensis & Lipensis Ecclesiæ Pa-*  
*storem*, per annos bene multos munificentissimo pa-  
trocinio & quasi umbra fovisti. TV me de sacro  
Baptismatis fonte fuscipere, & Patrem adeo lustricum  
induere non es dedignatus. TV tandem, cum fundi  
TVI apud nos ære mutarentur, *Genitorem* meum opi-  
pare muneratus es. Taceo reliqua, quorum, quanta-  
cunque sint, sunt pariter non minima, partem asse-  
qui valemus nullam, nulloque munere referre. Ego  
quidem si circumspicio, quicquid unquam in mea fa-  
cultate positum, nihil certe reperio, quod divinis  
TVIS meritis ullo modo respondeat. Verum cum  
alia non habeam, hanc solum offero dissertationem,  
industriæ meæ qualecunque specimen; cujus argu-  
mentum per se quidem satis egregium, modo parem  
dignitati suæ reperisset defensorem. Accipe DO-  
MINE munusculum benigno lætoque vultu. Fit  
enim animus hominis, literis dediti, alacrior ad præ-  
clara omnia fuscipienda, si adest, qui benigne respi-

X 3

ciat

ciat, qui re & officio juvet, qui foveat & ornet. De  
me sic TIBI, contestans Deum, qui in cælo regit  
terras & humanum genus, promitto ac confirmo,  
me sincerissimo TVI cultu cum omnibus certat-  
urum, qui TIBI aut vetustate officiorum possint  
esse potiores, aut nuper demum Clientum TVO-  
RVM numero sint adjuncti. Ceterum ut omni pro-  
cul privata calamitate, procul publica, diu, quemad-  
modum felicibus consiliis, sic vegeta ac viridi sene-  
ctute, integrisque animi ac corporis viribus vigeas,  
salutis publicæ causa voveo.

ILLVSTRISSIMI ac EXCELLENTIS-  
SIMI NOMINIS TVI

GRYPHISWALDIÆ,  
die Maji,  
1729.

observantissimus  
SERVVS & CLIENS  
JOH. GEORG HASELBERG.

5

**H**ic bonus est miles, qui CHRISTI castra secutus  
Debellat forti monstra nefanda manu.  
Illa quidem magno strepitu & furialibus ausis  
Insurgunt, fideique os jugulumque petunt.  
Conficiet telis, sacra quæ promit ab arca,  
Militiæque suo cum Duce victor erit.  
**HASELBERGE**, Tuo qui pro Duce talibus armis  
Pugnas, sic referes præmia larga Ducis.

*Paucis hisce Nobilibs. atque Doctis. DN. RESPONDENT  
de primo hoc diligentia & eruditionis specimine publico  
ex animo gratulatur*

### PRÆSES.

**W**as hilffte / ihr Musen doch / das tägliche Studiren?  
Wenn müßt / erwegt es doch / das scharffe meditiren/  
Wenn nicht ein Helicon dereinst die Früchte bringt /  
Wenn das gelehrte Volck nicht selbst nach Ehren ringt.  
Die Bücher möchten weg / die Schrifften gar zerfliegen /  
Wär aller Musen Zweck / das in obscuro liegen.  
Was wär ein Saal Achen? Was Sachsens Wittenberg?  
Was unser Musen Sitz? Was Preußens Königsberg?  
Nichts als ein wüstes Land / darauf nicht gut zu bauen;  
Nichts als ein finstrer Wald / dadurch nicht leicht zu schauen.  
Nun aber kehrt sichs um / man schau Sie alle an /  
Man findt recht gute Frucht / ach! manch gelehrten Mann.  
**Herr HASELBERG** wil heut auf unserm Pindus zeigen/  
Wie **GOTT** der Kirch zum Bau Jhn selber läßt gedeyen/  
Zum disputiren rufft Er mich / Ihr Musen all /  
Die Wahrheit streitet selbst / hört Jhn mit hellen Schall.  
Dis ist die Frucht davon / so muß mans freylich machen /  
Wer betet und studirt / besitzt die beste Sachen.

*Mit diesen schlechten Meynen hat dem Herrn HASELBERGEN,  
als seinem wehrtesten Freunde zu dem bevorstehenden Actui  
disputatorio gratuliren / und seine Ergebenheit / als Oppo-  
nens, bezeugen wollen*

**JOACHIM FRIDERICH MATZ,**  
S. S. Theologiæ Studiosus.

12

Es wil ein jeder sich durch dis und das vergnügen /  
Und wehlet selten nicht / was ihn vergnügen kan:  
Wer sich nicht selber wil durch falsche Wahl betriegen /  
Der nehm das Beste / und was unbtrieglich / an.  
Mein wehrter Freund / Er hat das allerbest erwehlet /  
Indem Er seine Lust sucht in der heiligen Schrift.  
Ich presse seinen Fleiß / der nicht des Zwecks verfehlet /  
Besondern der die Wahl recht und beglücket trifft.  
Er fahre fort den Fleiß mit Tugend zu verbinden /  
Und stell sein Augen-Merck nach dieser Regel an /  
So wird der Höchste Ihn auch lassen balde finden  
Den Fleiß- und Tugend-Lohn auf der betretten Bahn.

Mit diesen wenigen Zeilen wolte dem geehrten Hn. RESPOND.  
seinem wehrten Freunde billigt gratuliren

P. AHLWARDT, Gryph. Pomer.

Ich kan mit Freuden Ihn / mein Wehrster / gratuliren /  
Da Er von seinem Fleiß ein schönes Zeugniß giebt.  
Wie zeigt Er sich nicht in seinem disputiren?  
Ich schweige / weil Er selbst den eitlen Ruhm nicht liebt.  
Ist gleich der Tugend-Steg mit Dornen stark beleet /  
Und kömmt der Ehren-Beg den meisten harte vor:  
Wird doch ein Hercules bey weiten nicht bewegt;  
Er hält den / der ihn schieht / vor einen Narn und Thor.  
Drum fahre Er ferner fort mit nie ermüdeten Kräfften /  
Bis selbst Apollo Ihn die Ehren-Crone reicht.  
Es mangle niemahls Ihn an Christ- und Lebens-Säfften /  
So hat Sein Lebens-Tag in Ruhe sich geneigt.

Mit diesen wenigen Zeilen hat dem Hochgeehrten Hn. RESPOND.  
DENTEN schuldigst felicitiren sollen

Desselben

Opponens und ergebener Diener

CHRISTIAN AMBDERS, Tundera-Slesvic.

✂ [o] ✂



## PRÆFATIO.



*E*lenchi Judaici specimen aliquod daturi, insigne, quo excitemur, exemplum habemus Judæi illius Alexandrini, APOLLO, qui institutus primum in doctrina Christiana, dein ab Aquila & Priscilla magis & ἀγγέλλεσεν eruditus, hanc retulit laudem, quod magna cum contentione Judæos magis ac magis publice redarguerit, ostendens per Scripturas, Jesum esse Christum, h. e. promissum Messiam, seu humani generis Servatorem Act. XVIII. 24. 25. 27. 28. Sed quam specialem elenchi illius rationem inierit, non reperimus. PAULI APOSTOLI cum summa in Judæos fratres suos secundum carnem fuit dilectio Rom. IX. 1. seqq. etiam summum fuit illos ad Christum convertendi studium. Hoc imprimis in illa, quam ad Hebræos scripsit, ostendit epistola, nobisque viam præivit, qua elenchum contra Judæos à Veteris Testamenti tabulis convincendos institueremus, ut adeo in eo exemplum non tantum, quo excitemur, sed & quod imitemur, habeamus. Sufficiat nobis hac vice circa illud *Elenchi Judaici exemplum*, quod in epistolæ hujus Cap. X. 4. seqq. adornavit è Ps. XL. vires nostras periclitari. Faxit Magister erudite lingue, ut, quam præstitit ἀπόδειξιν πνεύματος, & ipsi vestigiis ejus insistentes, feliciter consequamur!

A

§. I.

§. I.

**P**salms quadragesimus per totum est *precatio MESSIÆ, & Messie* verbis conceptus, quibus tum fiduciam in passionibus suam declarat, tum universum Dei de salute hominum consilium exponit & celebrat, tum denique est passionibus liberationem anxie à Deo petit & desiderat. Itaque occurrit post titulum v. 1. 1. fiduciæ suæ in Deum declaratio & quidem 1) declaratio fiduciæ ipsa, v. 2. 2) effectuum sive fructuum ejus narratio, qui sunt [1] precum exauditio, v. 2. [2] auxilii præstatio, v. 3. [3] materiæ laudis suppeditatio, v. 4. 2. Laus & celebratio, per modum cantici proposita, continentis universum salutis consilium: & hoc constat 1) exordio partim generali, estque encomium fiduciæ in Deo solo, v. 5. partim speciali, quod est encomium consilii salutis miraculosi, v. 6. 2) tractatione, quæ est ipsa consilii salutis expositio, ubi habetur [1] decretum Patris, v. 7. [2] respondens decreto huic Filii acceptatio, sive spontanea sui ad illius executionem oblatio, v. 8. [3] ipsa decreti executio, qua officium tum sacerdotale, v. 9. tum propheticum, v. 10. 11. 3. Pro liberatione est passionibus gravissimis precatio, quæ est 1) explanatio secundum partes suas distributa, & proponit [1] passionum gravitatem, ubi (α) precatio ipsa, continens res petitas, v. 12. (β) precatio ratio à passionum gravitate, v. 13. [2] hostium persecutiones & illusiones, ubi iterum (α) precatio ipsa, v. 14. (β) petitionis ratio, hostium persecutiones & illusiones, merito in illos ipsos convertendæ, v. 15. 16. & illustratur à contrario, Deo adherentium, salutisque Messie amantium delectatione, v. 17. 2) breviter collecta conclusione repetita, v. 16.

§. II. Titulum quidem sive inscriptionem Psalmus habet, sed generalem, qui tantum ejus usum, quod pro præfetto Musica sit, & auctorem, esse Psalmum Davidis, indicat. De argumento ergo est prædicatis judicandum est, ut, de quo agat Psalmus, & qui in Psalmo loquens introducatur, intelligamus. Quando loquens spem suam declarat, & fiduciam liberationis ex ingentibus periculis, v. 2. 3. 4. prædicatum generale est, quod in se de quolibet pio accipi potest. V. 5. etiam generalis est, quam generalitatem etiam habet v. 6.

v. 6. si à sequentibus præscindatur. Ast cum hic *mirabilia & cogitationes Dei* admodum exaggerantur, statim *conjectura* nascitur, *singulare & eximium quoddam Dei consilium* intelligendum esse, quod sui simile non habet. Ast hæc *cogitationes*, hoc *consilium*, quando in seqq. declaratur, *quale sit*, dubium amplius esse nequit, *consilium Dei æternum de salute hominum per Messiam restituenda*, intelligi. Etenim in v. 7. immediate sequenti is, qui loquens cum Deo introducit, diserte affirmat, *Deum sacrificia* cujuscunque generis in se spectata *nolle & non sibi offerri cupere*, sed illorum loco *aurem sibi fodisse*, quod quid sit, suo loco dispiciemus. Manifestius autem v. 8. sequenti dicit, *se venire*, & in volumine libri sive *sacris pandectis de se scriptum esse*, venire autem *ad faciendum voluntatem Dei lubentissime*, idque cum tanta innocentia & integritate, ut *legem Dei* penitus in medullis suis defixam habeat: quod *predicatum* jam de alio quem *Messia* intelligi nequit, *cujus adventus & ante & post Davidem* promissus. Quid, postquam advenit, acturus sit, porrò enarrat, *annunciaturum intrepidè justitiam in Ecclesia*, v. 10. 11. quæ jam descriptio est *insignis Doctoris*, & ut talem *Messiam* exhibet. Porro conqueritur de *doloribus & cruciatibus maximis & singularissimis*, quos in *Messia* quoque locum habere novimus, & ab iis se liberari petit, v. 12. 13. 14. Hinc jam diris devovet eos, qui suum exitium quærunt, seque ludibrio habent, v. 15. 16. quæ minæ quoque majus quid nudo homine spirant, & à communi sanctorum patientia alienæ sunt. Quo & pertinet, quod ex altera parte bene precatur salutem Dei amplectentibus, v. 17. *Conclusio* precum harum, v. 18. inque iis sub summis angoribus ostentata fiducia, in qua desinit, uti ab eadem inceperat, auctorem suum fatis arguit.

§. III. Quod levi brachio hætenus ostendimus, & per se luce sua oculis omnium se facile ingerit, si excæcatus justo Dei judicio Judæos excipias, *Messiam per totum Psalmum loqui*, Psalmumque de hoc intelligendum esse: de eo nos Christianos plane dubitare non finit *allegatio Novi Testamenti*. Hic sane ex huius Psalmi v. 8. *Messias* nobis exhibetur, ut *ὁ ἐρχόμενος*. Nam sic ex Johannis Baptistæ institutione discipuli hujus de eo quærunt: *Εὐ*

12.

εἰ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν? Num tu es, qui venturus est, an  
 alium expectabimus? Matth. XI. 3. Hinc passim describitur, ut ὁ ἐρ-  
 χόμενος, & cum addito, ὁ ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσμον, Job. I. 9. 15. 27. 30.  
 III. 19. IV. 25. ὁ Μεσσίας ἐρχεται. conf. Cap. VI. 14. VII. 27. Χεῖρὸς ὄραν  
 ἐρχεται. Cap. VII. 27. 31. 42. &c. Ingredienti Hierosolymam ad pa-  
 scha σαυροσύμων populus acclamat: Benedictus ὁ ἐρχόμενος, veniens in  
 nomine Domini, Matth. XXI. 9. Marc. XI. 9. Luc. XIX. 38. non fecus,  
 ac si hoc esset verbum solenne. Nec simpliciter, ut veniens cele-  
 bratur, sed & ut in pandeſtis sacrarum literarum predictus v. 8.  
 ecce venio, in volumine libri scriptum est de me. Provocat ad hæc  
 ipsa verba Servator, Judæorum simul obtestans fidem, non sane  
 vanam Job. V. 39. Scrutamini scripturas; quia existimatis in illis vitam  
 aternam habere; & illa sunt, quæ testantur de me. Maxime autem  
 insignis est allegatio Pauli, qui totum locum v. 7. 8. 9. non tantum  
 exscripsit, sed etiam insigni exegesi illustrat. Probaturus enim  
 sacrificia animalium brutorum per se suaque vi peccata expiare non pos-  
 se, ita loquitur: Impossibile enim est sanguinem taurorum & hircorum  
 tollere peccata. Ideo ingrediens in mundum (εἰς ἐρχόμενος εἰς τὸν κόσ-  
 μον) dixit: Holocausta & sacrificia pro peccato non placuerunt tibi. Tunc  
 dixi: ecce venio (in capitulo libri scriptum est de me) ad faciendum, ὁ Deus  
 voluntatem tuam. Superius dixerat: sacrificium (pacificum) & oblatio-  
 nem & holocausta & pro peccato non voluisti, neq; grata aut accepta  
 habuisti (quæ scilicet secundum legem offerebantur). Tunc (porro)  
 dicit: ecce venio ad faciendum, ὁ Deus, voluntatem tuam. Tollit pri-  
 us, ut alterum stabiliat. In qua voluntate sanctificati sumus per oblatio-  
 nem corporis Christi semel (factam) Hebr. X. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. Ad  
 implicitas allegationes referri potest, quod habetur de exauditione  
 precum, v. 2. Job. XI. 42. ego autem scio, quod semper exaudis me. coll.  
 v. 22. & inprimis Hebr. V. 7. qui in diebus carnis sue preces &  
 supplicationes ad illum, qui poterat ipsum servare à morte cum clamore  
 valido obtulit, & exauditus est propter reverentiam (pietatem in Deum  
 cum fiducia coniunctam). Quod de fiducia in Domino habetur v. 4.  
 5. cum eo conferri potest 1. Cor. I. 29. sqq. quanquam ibi ex alio  
 loco sit allegatio expressa. Qvalis est admiratio consilii salutis, v. 6.  
 talis quoque occurrit Matth. XI. 25. 26. & Luc. X. 21. 22. Confiteor tibi  
 (con-

(confessione animi grata celebros te) Pater, Domine cali & terra, quod abscondisti hac à sapientibus & intelligentibus, & revelasti illa infantibus. Certe Pater, ita fuit beneplacitum coram te. Pertinet huc quoque 1. Cor. II. 6. sqq. Rom. XI. 33. sqq. V. 10. 11. De predicatione Christi manifesta & cum κατήχησις conferendi cum Matth. VII. 29. Erat enim docens, ut potestatem habens, & non sicut scriba. Job. XV. 22. Nisi venissem & locutus fuisset ipsis, peccatum non haberent. coll. v. 24. & cum confessione ipsorum inimicorum ejus: Magister scimus, quod verax es & viam Dei cum veritate doces, nec quengquam curas, nec personam respicis. Matth. XXII. 16. Non unquam homo ita locutus est, ut homo iste, fatentur missi ad eum comprehendendum lictores Job. VII. 46. Cum v. 14. conferenda loca, quæ de passionum Domini gravitate agunt, & similes querelæ. Cæpit contristari & gravissime angere. Tunc dicit eis Jesus; undiquaque tristis est anima mea usque ad mortem. Matth. XXVI. 37. 38. Marc. XIV. 33. 34. Hac est hora vestra, & ἐξουσία τινότης, potestas tenebrarum. Luc. XXII. 53. &c. De premiis & penis adherentium & adversantium Messie v. 15. 16. 17. conferri potest parabola. Luc. XIX. 17. 19. 27. Plura nunc non addimus.

§. IV. Judei cæci hic non deprehendunt sapientiam Dei in mysterio Messie 1. Cor. II. 7. sed nudi hominis preces habent. R. SALOMO expositio est. SPERANDO SPERAVI IN DOMINUM. In Ægypto. Et Psalmus hic etiam refertur ad totum Israël. ET INCLINAVIT AD ME AUREM SILAM. E FOVEA STREPITUS. E vinculis Ægypti, & à strepitu tumultus ipsorum. E COENO LUTI. E mari lutofo. è signific. luti. vernacule, fange, (gr. τὸ πένυχτος) DIREXIT. Direxit gressum & incessum meum. CANTICUM NOVUM. Canticum maris. וַיִּהְיוּ הַיְלָלִים significat crassitiem, ut Jes. III. 5. וַיִּהְיוּ הַיְלָלִים, efferrunt se pueri adversus senes. Cant. VI. 5. וַיִּהְיוּ הַיְלָלִים, qui (oculi tui, ô sponsa) efferrunt me. ET DECLINANTES AD MENDACIUM. Declinantes à via recta ad mendacium cultus idololatriæ & וַיִּהְיוּ הַיְלָלִים vernacule est atourner. MIRABILIA TUA ET COGITATIONES ERGA NOS. Propter nos, dum vidit mundus tuus, pro nobis (quod in nostri gratiam) scidisti mare, & cogitasti à longinquo (dudum) nobis benefacere, commorari nos fecisti in deserto quadraginta annos, propter Amorrhæos, qui cæsis arboribus desolarunt terram suam, cum audiverunt,

runt, *Israëlitas expeditionem fecisse ad occupandum terram ipsorum.*  
**אין ערך אלוך**, Non potest tibi comparari ullus Rex aut Salvator. **ערך**  
 habet significationem, ut **כערבך**, secundum estimationem tuam. Lev. V.  
 15. vernacule, appriser. **ANNUNTIABO ET LOQUAR.** Si venio ad an-  
 nuntiandum & loquendum, **PRÆVALENT UT NUMERARE NE-  
 QUEAM. SACRIFICIUM ET OBLATIONEM NON VOLUISTI.** Eo  
 die, quo dabis legem, prout dicitur: & nunc si obtemperaveris voci Do-  
 mini, &c. Ex. XXIII. 22. Et ita in Jeremia dicit: quia non locutus sum  
 cum Patribus vestris, & non praecepi, &c. Cap. VII. 22. de holocaustis &  
 sacrificiis, si quis vobis offerat, dixi, quidem, sed non obstrinxit eos debito ad  
 aggravandum super eos sacrificia quotidiana, & quae ad ea accedunt.  
 Non ita sane. Sed in hoc acquievi, ut dixerim; Fiat voluntas mea, & pa-  
 rum rei (praestationes faciles erunt) **AURES FODISTI MIHI** dicendo,  
 obtemperate voci meae. **כרות**, fecisti illas concavas ad audiendum (חללה)  
**TUNC** Hora, qua dabatur lex, **DIXI** coram te. **ECCE VENI** ad te cum  
 traditione foederis tui, ubi dicebas; **Faciemus & audiemus** Ex. XXIV. 7.  
 Et res haec scripta est in testimonium super me **IN VOLUMINE LIBRI,**  
 in lege Moysi. **ET LEX TUA IN MEDIO VISCERUM MEORUM.**  
 Etiam cibus meus est secundum legem tuam, & non comedi bestiam im-  
 puram & fructus non decimatos. **ANNUNTIAVI JUSTITIAM.** Can-  
 ticum ad mare. Canticum super fontem. Canticum Debora. **NON**  
**CLAUDAM.** Non prohibebo, è sign. l. וכלל גסס & cohibita est pluvia.  
 Gen. VIII. 2. **לֹא תכלה רחמיך**, i. e. non prohibebis. **יצרונני**, Cu-  
 stodient me. **אפפו**, circumdederunt. **לספותך**, ad perimendam eam, prout  
 in l. **עד תכלה כל הרוך**, Deut. II. 14. reddit Targumista, donec consumpta  
 est omnis generatio. **נשמו**, obstupefcent **על עקב בשתם**, על עקב, quando  
 recipient pudorem (ignominiam) suam, secundum proportionatam  
 mercedem eo, quod rebellaverunt, & ea ratione, quae inceserunt ex adverso  
 mei, על עקב, ut; & vestigia tua non apparuerunt. Ps LXXVII. 20. Egredere  
 tibi in vestigiis gregis. Cant. I. 8. Omnia habent significationem à via plan-  
 tae pedis, vernacule, trace. **QVI DICUNT MIHI HEAH,** qui dicunt super  
 me, propter me, Heah. Quando malum venit, gloriantur de exitio nostro.  
**ET EGO AFFLICTVS,** &c. **עני ועביון**, quando occurrit in Psalmis, non  
 usurpatur nisi de Israël. **COGITAT DE ME.** Dabit mihi cor ad cogitan-  
 dam afflictiones meas & paupertatem meam, ut servet me, cogitabit de me,  
 panser, vernacule. S. V.

S. V. ABEN · ESRA mavult de Davide, quam Synagoga sive toto in Aegypto sive deserto populo interpretari. Dabimus & hujus interpretationem, quanquam maximam partem grammatica sit, & verborum significationem indaget. PRÆCENTORI. SPERANDO SPERAVI. קוּן est vox anomalos, ad modum perfectorum, ut יָסַר יָסַר יָסַר, Ps. CXVIII. 18. ET INCLINAVIT AD ME. Quoniam ipse habitat in alto, habitat in cælis. ET EDUXIT ME. Per metaphoram. Quoniam animo mihi representavi mala, quæ circumdederunt me, ab hostibus meis (provenientia). Sunt, qui dicunt שָׁחַב esse à forma שָׁחַב, vastatio Job. XXX. 3. & rectum est, quod sit strepitus aquarum multarum. Jes. XVII. 12, vel luti. Et הָ in כִּין servit loco posteriori, ut solet, ut שָׁחַב הַיָּם הַסְּפִידִי, Ex. XII. 15. & non amplius occurrit, nisi in ל. כִּין הַיָּם, in cæno profundi Ps. LXIX. 3. aquæ turbate & lutum densum; & meminit petra in oppositione foveæ, & כִּין אֶרֶץ direxit (ait) gressus meos ad ascendendum in petram. ET DEDIT. Sensus דָּת cum suffixo plurali, propter id (quod dicitur) & videbunt multi & timebunt. BEATI. Tunc dicent ad superbos, qui robur habent, ut auxilium sibi ferre queant, ut כִּין כִּין כִּין Jes. LI. 9. Et תָּרַח Targum vertit כִּין. MILTA v. 6. Hoc est canticum novum (de quo v. 3.) & רַחֵם est adjectivum pertinens ad כִּין. כִּין כִּין. Et רַחֵם (adjectivum, præponitur) ad eum modum, ut כִּין כִּין, Ps. LXXXIX. 51. COGITATIONES TUÆ, decreta tua. אֲרִיב. Propter nos, aut receptam significationem retinet & dicit כִּין respectu כִּין כִּין אֲרִיב, non est potestas in homine, ut disponat eas (cogitationes) erga te, & finis (pasuk) arguit (ita intelligendum esse). Et sunt, qui dicunt, quod sit, ut יִעָרֶךְ לִי, Ps. LXXXIX. 7. Et si ita est, PRÆVALENT, UT NUMERARI NEQUEANT. Refertur ad mirabilia tua. SACRIFICIUM, &c. v. 8. Pacifica & menachot in cacabo vel sartagine. Et sensus est; cogitationes tua ad beneficiendum nobis non sunt propter merita nostra. Et post sebach & mincha meminit etiam holocausti & sacrificii pro peccato. Dicit R. Mose, quod voc. לֶחֶם חַמֵּץ stet loco duorum. Et sensus est; non audire fecisti ejusmodi in auribus meis, cum loquereris mecum in monte Sinai: Mibi vero rectum videtur; Non quaesivisti sacrificium, sed fodisti mihi aures, ut audirem vocem tuam, ut, audire melius est sacrificio, 1 Sam. XV. 22. TUNC. v. 9. Dicit R. Marinos, quod David loquatur respectu Synagoga Israël, & hoc respiciat verbum Patrum nostrorum ad montem Sinai: faciemus & audiemus, Ex. XXIV. 7. Et

6.  
7.  
8.  
12.





**מִטִּיב**, multa, q. d. *hec fecisti mecum. IV DOMINVS DEVS MEVS. MIRABILIA TUA ET COGITATIONES TULÆ ERGA NOS.* Mirabilia sunt bora ipsius operis, cogitationes autem ante opus. Et dicit de Deo ben. quasi is cogitaret ante opus. Loquitur enim Scriptura *אַדְּפִקְוֹתָא דְּדֵּס*. Et ita: ecce cogito super vos cogitationem. Jer. XVIII. 11. Et dicit, **אֵין עִרְךָ** q. d. erga me & erga omnes, qui sperant in bonitate ejus. **אֵין עִרְךָ** non possunt omnia mirabilia tua & cogitationes tuae ordinate coram te dici & exponi. Nimia enim sunt, quam ut disponantur & enerrentur, ut dicit, **עִנְיָנוּ לֹא יִשְׁמַע אֱלֹהִים** q. d. annuntiabo & loquar mirabilia, sed non possunt enarrari. Aut **אֵין עִרְךָ**, q. d. non est, sicut tu, Deus meus, Domine, & non sunt sicut facta tua, Ps. LXXXVI. 8. Nam quis in nubibus se compareret cum re? quis similis erit Domino è filius hominum? Ps. LXXXIX. 7. **SACRIFICIUM ET MINCHA.** **זֶבַח** est sacrificium pacificum, **מִנְחָה** est simila conspersa oleo, ut scriptum est. **עֹלָה** facie ad expiandam pravaricationem circa præceptum affirmativum, **חַטָּאת** autem est oblatio pro peccato, ut scriptum est. Et ecce dicit, **NON VOLUISTI, NON PETIISTI**, ut Jer. VII. 22. sqq. dicitur: Non locutus sum ad Patres, & non præcepi illis in die, quo eduxi illos è terra Egypti, holocaustum & sacrificium. Invenimus autem in lege, quod de sacrificio jugi præceperit, ut singulis diebus offerretur. Respondemus ad hanc objectionem, quod initium (præcipuus scopus) præceptorum Dei ad Israël non aliud fuerit, quam ut obtemperarent voci ejus. Et ita dicit in Marah. Si obtemperaveris voci Domini tui, & rectum in oculis ejus feceris, Ex. XV. 26. Quando autem coeperunt peccare, præcepit eis Deus oblationes tum singulorum tum universi catus. De oblatione singulorum præcepit, ut offerrent eam peccantes, & de oblationibus Ecclesie præcepit, ut singulis diebus offerrentur, quod non poterat fieri, quin singulis quoque diebus in Israël multi peccantes forent, multiqve ex iis sint, qui ignorant a seipso, ad quid offerendum obstricti facti sint. Itaque horum expiatio erant oblationes Ecclesie, quando à peccatis suis se convertebant. Quod si Israël non peccasset in deserto, non præcepisset eis Deus de oblationibus. Nam initio de iis illis Deus non præceperat, sicut dicit Jeremias sub finem pasuk hujus; sed rem hanc præcepi illis, dicens, obtemperate voci meae. Et ita in decem præceptis, quæ sunt summa totius legis, nulla oblationum mentio fit. Quod si homo non peccaret, non opus esset illi oblatione; &

talit

talis Deo magis placet, quam peccans & offerens, ut dicit Samuel 1. Sam. XV, 22. ecce obedire pre sacrificio bonum est. Et ita dicitur in hoc Psalmo; Sacrificium non voluisti, & non petuisti holocaustum, & sacrificium pro peccato, **AURES FODISTI MIHI** q. d. aperuisti mihi aures, ut obtemperem voci tua, imo, ut rependam misericordias, quas fecisti mihi, non petuisti a me holocaustum & mincham, sed ut facerem voluntatem tuam. Et ita voluisti. כָּרִית est sign. l. si foderit quisquam foveam. Exod. XXI. 33. **TUNC DIXI.** Tunc, cum convalescerem a morbis meis & eriperer a malis meis, dixi in corde meo, quod non velis sacrificium aut mincham, sed ut, quod precipisti mihi, facerem, & ecce **VENI** coram te cum volumine libri legis scripti super me & super omnibus reliquis e populo tuo. Et ecce veni ego ad stabiliendum id, quod scriptum est super me. Volumen autem libri est liber legis, כְּתוּבִים autem dicit non respectu v. מִצְוָה, sed סֵפֶר, quod est generis masculini. Et ita dicit סֵפֶר תְּוֹרָה הוּא, Deut. XXXI. 26. סֵפֶר תְּוֹרָה הוּא. Deut. XXVIII. 61. **AD FACIENDUM VOLUNTATEM TUAM.** Voluntas mea & desiderium meum est facere tuam. **IN MEDIO VISCERUM MEORUM.** In medio cordis mei. Nam cor inter viscera (interiora) refertur. Et dicit, in medio viscerum meorum, q. d. quod nunquam cogitatio mea ab eo recessura sit. **ANNUNTIAMI JUSTITIAM.** Adbuc alia res incumbit mihi facere prater impletionem legis, & haec est, narrare benignitates, quas mihi fecisti, in Ecclesia magna, ut multi audiant, & nomen tuum celebrent. Et qui venit nuntiaturus nova, sive bona, sive mala, appellatur מְבַשֵּׁר, ut plurimum tamen, qui bona nuntiat. Tamen etiam de nuntio sinistro 1. Sam. IV. 17. & respondit מְבַשֵּׁר. Et ecce, ipse est in Ecclesia magna ad narrandum nova, quae cum ipso fecit Deus ben. adeoque est מְבַשֵּׁר, ideo dicit, מְבַשֵּׁר. **LABIA MEA NON CLAUDAM.** Non prohibebo labia mea, quin semper nuntient laudes tuas, Domine. **DOMINE TU NOSTI.** Quod labiis meis narro, multi quidem sciunt; sed quod cor meum cogitat de justitia & misericordia tua, tu solus nosti & praeterea nemo alius. Et hoc est, quod postea dicit, **JUSTITIAM TUAM NON TEXI IN MEDIO CORDIS MEI.** Qui non semper de ea meditatatur & cogitat, is obtegit & abscondit eam. Hoc est; non texi in medio cordis mei. Aut sensus est: Justitiam tuam, prout est in medio cordis mei, quando loquor de ea ad filios hominum, non celo illam eos. Et hoc est, quod dicit, **VERITA-**

6  
 7  
 8  
 1  
 1  
 1  
 12

TEM TUAM ET SALUTEM TUAM DIXI. Veritas autem & salus  
 Dei est pro sanctis ejus, quibus bonas promissiones implet. Nam אמונה  
 significat תקן, stabilitatem, implemetum, ut 2. Sam. VII. 17. stabilis erit  
 domus tua. Jef. XXII. 23. in loco stabili, & s. p. Et hoc est, quod et-  
 iam dicit, חסדך ואמתך. Hec est prestatio boni, quod promisit, & חסד  
 majus adhuc bonum est, quam promisit. voc. חסד autem construitur cum  
 חסדתי, non cum חסדתי. Nam si construeretur cum חסדתי, dicendum fuis-  
 set, חסדתי. Et sepius quidem fit, ut vocabulum construat cum remotiori,  
 non proximiori, ut in grammatica scripsimus in illo capite, quod de hac  
 materia agit. אלה יהוה. Vti ex hac, sic ex omni angustia me liberabis,  
 & non prohibebis misericordias tuas a me, quando necessitas postulaverit.  
 Nam ego indigeo semper misericordia & veritate tua, qua me custodient,  
 ut dicit: NAM CIRCUMDANT ME MALA. אפפו idem est, quod  
 הקיפו ut 2. Sam. XXII. 5. nam circumdederunt me fluctus mortis. Nam  
 homo obnoxius est casibus temporis & mundi (fortunæ) qui innumeri  
 sunt. Et debet homo timere ab iis, ne causentur peccatum. Nam non  
 est homo, qui non peccet, & non eveniunt homini casus fortuiti,  
 nisi propter (per) peccatum. Ideo dicit: APPREHENDERUNT ME  
 INIQUITATES MEÆ. Et dum dicit, affecuta me sunt, est, ac si diceret,  
 invenerunt me in loco pœna, non possum ab illis me subducere. ET NON  
 POSSUM VIDERE, videre peccata mea omnia, quia multa sunt. ET  
 COR MEVM DESTITUIT ME, i. e. robur meum q. d. animus meus me  
 destituit, quo minus ea enarrem. Tot tantaque ea sunt. Et ita æquum  
 est, ut quilibet sanctus coram Deo ben. exaggeret peccata sua in precibus  
 suis, & imminuat justitias suas, ut dicat, se refertum esse peccatis, & qua-  
 rat expiationem & misericordiam. Aut sensus ejus est: Non possum videre,  
 & cor meum me destituit, per auxesin, q. d. caligant oculi mei & cor  
 meum me destituit præ timore meo super peccata mea. רצה יהוה. Placeat  
 tibi, me semper eripere ex omni angustia & casu, ut prepares te ad festi-  
 nandum in auxilium meum. PVDEFIENT. Et per hoc pudefient inimici  
 querentes animam meam, quando videbunt, te mecum esse, nec illis locum  
 relinqui mihi nocendi: Et לספותה idem est quod לבלותה. Et ita Gen.  
 XVIII. 23. num etiam perdes? ישמו על עקב בשתהם, sit ipsis stupor  
 pro mercede pudoris sui, quod me pudore affecerunt tempore angustie meæ,  
 & propter me dixerunt, euge, euge, gaude, gaude! & ita Ps. XXXV. 21.  
 euge

euge vidit oculus noster. *קָפַד* significat mercedem, ut Deut. VII. 12. *קָפַד* *וְעָרִית מֶרְצֵס*, & erit merces, si audieritis. 2. Sam. XII. 10. *קָפַד* in mercedem (eo quod) sprevisi me. GAUDEBUNT ET LETABUNTUR. Inimici obstupescunt, & omnes quærentes te gaudebunt, & semper dicent; magnus est Dominus. Et sensus *וְגָדְלָהּ* est; quando ipse pro sanctis signa facit, nomen ejus in mundo magnificatur, & dicitur; Magnus ille est, qui miracula patrat. ET QUÆRENTES TE. Hi sunt diligentes salutem tuam, quod à nullo alio salutem & auxilium quærunt. ET EGO AFFLICTVS. Quæquam erat Rex, miser & pauper erat, filius hominis, qui multipliciter indigebat auxilio Dei ben. & salute ejus perpetua. *וְהוּא יִחְשָׁב לִי*. Cogitat mihi benefacere & auxilium ferre, & eripere me tempore angustia, & jam explicui, *וְהוּא יִחְשָׁב לִי* ad v. *מִחֲשָׁבוֹתַי*. Aut sensus est; Cogitabit de me in iniquitate mea, ut expiet peccata mea. Aut sensus est è sign. I. Jes. XXXIII. 8. non reputavit hominem q. d. ut sim in oculus tuis pretiosus & gratus. DEVS MI, NE TARDERIS. Sed statim me libera, prout dicit; AD AUXILIUM MEVM FESTINA.

§. VII. Contra Judæos ex ipsorum interpretationibus præjudicium nascitur, tum, quod inter se dissentiunt, dum R. SALOMO de populo ex Ægypto liberato, ABEN-ESRA de Davide, KIMCHI de quolibet pio, è morbo convalescente, interpretantur, tum, quod prædicata nimis leviter ad suum quisque subjectum applicant, quod nec aliter fieri potest, cum alienum illud sit, & illa ad longe aliud sublimius pertineant. Pone enim, prædicata spei & fiduciæ, v. 2. & liberationis, v. 3. 4. ad quodcunque aliud subjectum referri posse extra contextum & cohærentiam, tamen, v. 6. & inprimis v. 7. sqq. tam singularia occurrunt, quæ certe subjectum non tantum determinatum requirunt, sed &, ut prædicatis suis conveniat, singularissimum, quod scil. in mundum venire dicitur, non saltem communi illa ratione, qua omnis homo per nativitatem in mundum venit, sed ita, ut de ejus adventu peculiari libro sit prædictum, quod sane ad communes homines pertinere nequit, quos omni die nasci & in mundum venire videmus. Hoc magis, cum finis quoque adventus hujus peculiaris sit & singularissimus, facere voluntatem Dei, non lege præscriptam tantum, sed peculiarem illam evangelicam, qua Deus sacrificia per se non vult, sed ejus loco obedientiam, quæ in-

star

B 3

star perfectissimi & absolutissimi est sacrificii, & eam quidem  
 non *ψιλανθρόπων*, nedum hominis peccatoris, sed sanctissimi  
 & innocentissimi, & longe super omnes peccatores positi, ut  
 qui *legem Dei* in intimis *visceribus* reconditam habet, v. 8. 9. quæ  
 certe de nullo alio, quam de MESSIA sensum habent: unde & A-  
 postolus ex hoc efficacissimam demonstrationem instituit *Hebr.*  
*X. 4. sqq.* Jam, quæ sequuntur *predicata*, ad idem *subjectum* neces-  
 sario referenda sunt, adeoque v. 10. 11. est publica & intrepida  
 Messiaë prædicatio, v. 13. sunt dolores, calamitates & passiones  
 Messiaë; & v. 15. 16. ad hostes Messiaë, v. 17. ad ejus discipulos &  
 sectatores pertinebunt, v. 12. autem & 14. 18. similes sunt liberatio-  
 nis è tot & tantis malis petitiones, quales *Psalmo XXII.* occur-  
 runt. Certe invictum est argumentum, quod è *commentario suo*  
*in ep. ad Hebræos ad h. Ps.* repetit B. SCHMIDIUS: *Quicumque Psal-*  
*mus ab ipso Spiritu S. de CHRISTO allegatur, & verba habet, quæ de Chri-*  
*sto veriora sunt, imo de solo Christo vera: ille tam diu totus de Christo*  
*interpretandus est, donec evidentibus rationibus impossibilitas demon-*  
*stratur. Atqui Psalmus quadragesimus, &c. Ergo. Quod etiam oppo-*  
*nendum est iis, qui ex parte saltem Psalmum ad Christum referunt,*  
 ut JUNIUS, qui v. 6. apostrophien ad Christum habet, ut hæc a-  
 deo verba sint Psaltis, quem & in antecedentibus vult loqui, &  
 celebrare magnifica creatoris & gubernatoris opera, tum singu-  
 laria erga se, v. 2. 3. 4. tum publica erga omnes pios v. 5. 6. Deinde  
 à v. 7. demum putat proponi singulare beneficium Redemptoris  
 Christi, & foedus Dei nobiscum in Christo Redemptore. Hinc &  
 necesse ipsi fuit supplere verb. *inquis*, cum ipsius sententia à  
 v. 7. 8. 9. Christus loquens ad Deum Patrem per propheticam hypotyposin  
 introducatur, reliqua, quæ sequuntur omnia. Verba & preces Davi-  
 dis habet. It. S. BOHLIUS, qui priorem partem literaliter de Davi-  
 de, post motam à Salomone rebellionem in regnum restituito, postero-  
 rem de Christo accipit, SAL de TIL, qui priorem partem de Chri-  
 sto, melioris ordinis & sacrificii Sacerdote, coll. *Pf. CX. 4. Jer. XXX. 21.*  
*Zach. VI. 13. Dan. IX. 24.* qui post resurrectionem suam inter discipulos  
 hic sistatur tanquam evangelista, de melioris justitia acquisitione eos in-  
 stituens, coll. *Luc. XXIV. 46. 47. Joh. XX. 23. Matth. XXVIII. 18. alte-*  
 ram

ram autem de *fideli sive discipulo quodam Christi, e. c. Petro, qui de lapsu suo & peccatis anxie dolens ad Christum exaltatum confugiat*, coll. Ps. LXX. eumque ut *opitulatorem & servatorem, immo ut Deum suum invocet*, v. 12. sqq. coll. Job. XX. 28. Hebr. II. 17. Jer. XXIII. 6. accipit. Quibus omnibus obstat, quod in Textu nullum est mutatae personae indicium. Adhuc prima & ultima interpretatione insignis locus de *passionibus* non sane vulgaribus, sed exquisitissimis, quaeque sui similes non habent, CHRISTO detrahitur, media autem sententia insignis non minus locus de *adventu Christi, spontanea obadientia, ad offerendum se pro nobis piaculum*, CHRISTO itidem detrahitur. Hinc & BOHLIUS admodum jejune v. 7. 8. 9. ita παρὰ Φαράζης, ut de solo Davide intelligi queant, etsi praefatus fuerit, Davidem in persona Messiae loqui, qui Filius ejus se regno restituerit; qua ratione non nisi in sensu mystico ad Messiam Psalmum retulerit: nec video, quomodo ista satis consentiant. Sed cum Judaeis nobis nunc res est, adeoque illos mittimus, qui mystice tantum de Christo, literaliter autem de Davide intelligunt, ut GROTIUS, & alii judaizantes CALVINUS, MARLORATUS, BUCERUS, qui itidem literaliter de Davide aut quovis fidei accipiunt: contra quos, & SCHLICHTINGIUM Socinianum, solide disputat CALOVIVS in *Bibl. illustr.* E Reformatis PISCATOR & COCCEJUS quoque totum Psalmum de CHRISTO interpretantur, nostrates autem tantum non omnes, nisi quod & BUGENHAGIUS noster à v. 7. CHRISTI verba, à v. 12. preces contra adversarios pro credentibus, principium Psalmi, gratiarum actionem habet.

§. VIII. Itaque ad *Judeos* ut redeamus, in *subjecta* ea, quae volunt, *pradicata* plane non convenire, in antecessum generaliter demonstramus verbis LYRÆ, cujus argumenta etiam probat S. SCHMIDT. & MICHAELIS, eaque adeo integra dabimus. Inspecie c. R. Salomonem ita disputat: *Dicit autem R. Salomo, quod David fecit hunc Psalmum pro beneficio exhibito populo Israëlítico in exitu ex Aegypto, quod tunc fuit eductus à servitute dura & vili. Quod notatur, cum dicitur; & eduxit me de lacu, &c. Et tunc transito mari rubro cecinit canticum novum &c. Et sic literam sequentem applicat ad ea, quae facta sunt populo Israël in deserto. Sed huic expositioni videtur repugnare mani-*

manifeste, quod subditur: *Sacrificium & oblationem naluisti, &c.* in quibus describitur evacuatio sacrificiorum & oblationum *Ver. Test.* ut magis patebit prosequendo. *Ista autem non fuerunt tunc reprobata, sed magis à Deo instituta in monte Sinai, propter quod aliter exponitur à Doctoribus catholicis.* Et dicunt aliqui, quod David fecit hunc Psalmum pro gratiarum actione de sua liberatione à persecutione filii sui Absolon. Sed contra hoc videtur, quod circa principium hujus Psalmi dicitur; *Misit in os meum canticum novum, &c.* quod David fuit liberatus per mortem Absolon, de qua non cecinit carmen latitiae, sed planxit & luxit, dicendo. *O Absolon fili mi, quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te &c.* 2. *Sam. XVIII.* Item haec expositio & confirmiles videntur esse contra intentionem Apostoli manifeste *Hebr. X.* ubi inducitur, literam hujus Psalmi dictam esse ad literam de persona Christi, ut patebit, literam hujus Psalmi prosequendo: propter quod dicere, quod aliter veram intelligatur de Davide, seu quocumque alio, & mystice tantum de Christo, videtur esse quaedam Judaici erroris confirmatio. Quoniam & ipse ita Psalmum dividit, ut non solus Christus loquatur, sed initio & sub finem corpus mysticum sive ecclesia, pro mysterio incarnationis gratias agens, dein à v. 7. ipse Christus rationem mysterii hujus explicet, qui & in tertio Psalmi parte à v. 12. deprecetur pro statu corporis mystici. Sed rectius habetur per tot. una Christi precatio, quod, uti diximus, nullum est mutatae personae indicium. Quod vero *KIMCHI* interpretationem attinet de quovis pio & afflicto & è gravi morbo convalescente; hujus quoque interpretationis infirmitatem attenda lectio docebit, probe memento *DN. MICHAELIS.* Etenim nulla aegroti in Textu fit mentio, quod vero *KIMCHI* ad duos *precedentes Psalmos* provocat, ab illis ad hunc argumentari non licet. *Psalmo* quidem *XXXVIII.* morborum aliqua mentio fit; sed ab iis ut liberetur, tanquam precipuo malo, non orat David, sed hoc est contritionis sensus legalis, malum in se omnia reliqua mala superans, cujus aliqua tantum pars sunt morbi, ex ipsa procul dubio contritione orti & in gravescentes. *Psalmus* autem *XXXIX.* agit in genere de *vita humana brevitate, fugacitate & calamitatibus,* inter quas etiam morbi antiquae referendi sunt. *v. 13. sqq.* Sed quid inde? Ergo & *sq. Ps. XL.* de communibus calamitatibus & morbis agitur? Sane &  
hic

hic de calamitatibus, & iis quidem longe maximis agitur, sed non de morbis corporis internis, ex mala corporis dispositione ortis: non de contritione peccatoris; sed, licet de angoribus etiam conscientiae agatur, nec non passionibus, corpus non minus, quam animam affligentibus, sunt tamen tales, quae non sunt e conscientia peccati proprii, sed imputati, utpote talis personae & subjecti, quod innocentissimum est & integerrimum, in animi sui penetralibus Dei legem habens, & quod ad omnem ejus voluntatem implendam venit, v. 8. 9. Quod sane David, adulter quondam & homicida, sed nunc contritus & poenitens, qualis sistitur Ps. XXXVIII. aut de vitae brevitate & calamitatibus conquerens, ut Ps. XXXIX. esse nequit; sed MESSIAS est, ἀκακος, ἀμίαντος, κειχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἀμαρτωλῶν, qualis nos decebat summus sacerdos, sanctus, sine vitio, sine labe, à peccatoribus segregatus, Hebr. VII. 26. qui hic proficitur, se venire ad faciendam voluntatem Dei, offerendo seipsum in sacrificium & holocaustum piaculare, v. 8. 9. ut ita fieret obediens Patri, usque ad mortem, mortem autem crucis. Phil. II. 8. Utinam hanc analogiam fidei caperent Judaei, quam felices forent scripturarum interpretes! Qui apud THEODORETUM vel de Daniele, e fovea leonum liberato, vel Jeremia, e fovea luti extracto, interpretantur, fundamento non alio nituntur, quam quod v. 3. fovea & luti mentio fit: quod quam insufficiens sit ad id, quod velint, probandum, facile per se intelligitur. Nec hæ virorum sanctorum calamitates tantæ sunt, ut tam multis Scriptura eas prædiceret, in cujus prædictionibus potius respiciendum est ad MESSIAM, omnium vaticiniorum nucleum, de quo testatur Scriptura & omnes Prophetae, Act. X. 48. ut & ipse suo hoc de se testimonio confirmat & b. I. v. 8. & Job. V. 39. Ergo & hi, ita statuentes, sive Judaei fuerint, sive Christiani, valeant.

§. IX. Jam ad singulos Pesukim cum Christianorum interpretatione Judaicæ conferendæ sunt, ut illius firmitate perspecta, hæ, dum à Messia declinant, in fumum abire intelligantur. Sub initium MESSIAS spem suam declarat; sperando speravi in Domino. Tempus præteritum non potest difficultatem habere. Prophetico enim stylo pro futuro poni ob certitudinem, ipsi Judaei

C

agno-

12.

agnoscunt. Semel ergo hoc loco id monuisse sufficiat, preces has de futuro intelligendas, ut à Messia, assumpta demum humana natura, fufas. Secundum hanc enim spem suam, quam in Deo habet, eamque certissimam & immotam, id quod repetitio verbi vult, declarat. Atque hæc cum fiducia conjuncta sæpe Messie tribuitur. *Pf. XXII. 3. 4. 5. sqq. Jes. VIII. 17. Hebr. II. 13. Objectum & consequens spei* (hæc enim hic idem sunt, cum spes confisa Deo non frustretur. *Rom. V. 5.*) immediatum sive proximum est, exauditio precum: *Et inclinavit ad me,* (subintellige, *aurem suam,* ut integre occurrit, quanquam in *hiphil Pf. XVII. 6. XXXI. 3 CXVI. 2.* nam & in *kal* significationem activum habet. Aut cum *Aben-Esra* neutraliter accipi potest, ut *Gen. XXXVIII. 1. 16. Jud. XVI. 30.* quod cum *SCHMIDT.* præfert *MICH.*) & exaudivit clamorem meum. Hac exauditione se solatur Messias etiam in summa derelictione *Psal. XXII. 25. coll. v. 5. 6.* E N. T. jam allegavimus *Job. XI. 42. Hebr. V. 7. Objectum & consequens mediatum sive remotius est, ipsa liberatio: & eduxit me è fovea strepitus, è luto cæni, & constituit super petram pedes meos, & direxit gressus meos.* Descripta est metaphoricè, perinde ut *Pf. LXIX. 2. 3.* Calamitates, quibus immerfus fuerat, describuntur partim per *foveam strepitus,* coll. *Jes. XVII. 12.* vel juxta alios, *devastationis vel interitus,* coll. *Hos. X. 14. Pf. XXXV. 8. Job. XXX. 3.* sed prius cum *Aben-Esra* præferimus; partim per *cænum luti,* in quo recte observant Hebræi constructionem synonymorum. *Fovea* hic memorata conferri potest cum *fovea Josepbi, Jeremia, Danielis,* quæ ad illustrationem faciunt. Sed inprimis intelligenda *fovea infernalis, Jes. XIV. 15. 19. XXIV. 22.* sed non quatenus locum designat, sed quatenus *statum,* perinde ut *Zach. IX. 11.* Salvator enim patiens in inferni quidem loco non fuit, sed *statu,* vere sentiens dolores infernales. Dicitur hic *fovea strepitus,* comparatione cum squalido & tenebroso carcere, in quo strepitum faciunt vincitorum catenæ & supplicia, quin ejulatus. *In tenebris enim exterioribus est ploratus & stridor dentium. Math. VIII. 12.* Strepitum etiam facit ignis infernalis inextingvibilis. *Marc. IX. 43 44.* *Lutum cæni* est lutum squalidissimum & teterrimum, sive spissum, sive tenuius, quod perinde est, cum utrumque ad pedorem,

rem, foeditatem, nauseam molestamque faciat. *Liberatio ex hoc statu significatur voc. adscendere fecit, quod hic idem exprimit, quod Ps. XVI. 10. non relinques animam meam inferno. Status liberati, misero & calamitoso oppositus, est, quod Deus statuerit pedes ejus super petra excelsa, firma, inferiori fovea loco opposita, quod schema sane est status securi & felicitis, Quod subjicitur, כִּינֵן אֲשֶׁרִי, direxit vel firmavit gressus meos, Rabb. nimis restringunt ad ipsam loci vel status mutationem, quod in emergendo è luto foveæ & adscendendo gressus direxerit; quod licet excludendum non sit, cum tunc maxime auxilio & ope divina Servator indiguit, Ps. XXII. 13. 21. 22. pertinet tamen ad omnem exinanitionis statum, in quo nunquam ipse solus fuit, ὅτι μόνος ἔκ ἐπι, ἀλλ' ἐγὼ καὶ ὁ πένψας με Πατὴρ Job. VIII. 16. & v. 29. & qui misit me, mecum est. Non relinquit me solum Pater, quoniam ego, quæ ipsi grata sunt, facio semper. Nec minus id manet, ad ἀνῆν periculi & miseriæ maxime pertinere, de qua ibidem Servator: Ecce venit hora, & jam tum venit, cum dissipabimini quisque in propria, & me solum relinquetis. Sed non sum solus, sed Pater mecum est, Job. XVI. 32. Non sane cum ipso erat otiosus, sed gressus ejus dirigens. Hinc tam late patet, ut & resurrectionem includat. Licet enim & ipse vitam sibi restituerit, tamen & per gloriam Patris resurrexit, Rom. VI. 4. & hic Deus pacis eduxit è mortuis magnum Pastorem ovium, Hebr. XIII. 20. quæ sane est gressuum directio & confirmatio sublimissima. Quoad applicationem, quando R. Salomo ad mare algosum, cœnum luti refert, per quod transierunt Israëlita, contrarium est rei gestæ. Ægyptii quidem in illius maris luto hæserunt, Ex. XV. 4. 5. 10. sed Israëlita expediti transierunt, Ex. XV. 13. 16. 19. sane mare illud quoad Israëlitas transeuntes non describitur ut lutosum, sed ut siccum vel exsiccatum, Ps. CVI. 9. Et licet mentio maris profundis, lutosi, aliquam forte conjecturam liberationis ex Ægypto facere possit, repugnant tamen alia prædicata sequentia, quæ longe aliud subjectum requirunt, quam populum Israëliticum. Kimchi quando foveam ad periculum morborum refert, suæ hypothesei servit. Ejusmodi morbi descriptionem biblicam nullam affert.*

§. X. Consequentia liberationis habentur v. 4. Et dedit in os meum

meum canticum novum, laudem Dei nostri. Videbunt multi & timebunt, & confident in Domino. Primum est Celebratio Dei; & dedit in os meum canticum novum, laudem Dei nostri. Canticum novum est canticum ob recens beneficium, hinc & novum & eximium, quo sc. majores ad gratum animum & gratiarum actionem recentis beneficii memoria stimulos habet, coll. *Psalm. XXXIII. 3. XCVI. 1. XCVIII. 1. CXLI. 1.* Objectum cantici id, quod synonymice subjungitur, est, laus Dei nostri, tanquam auctoris beneficii, qui adeo & canticum hoc in os posuisse dicitur, tum benefaciendo & materiam canendi suppeditando, tum Spiritus sui gratia ipsas laudes, ipsum canticum operando, quod utrumque conjungi potest, vid. *Kimchi.* Alterum liberationis MESSIAE consequens est filialis Dei timor & fiducia: Videbunt multi & timebunt, & confident in Domino. Videbunt sc. MESSIAM e fovea & luto passionum & mortis liberatum. Hæc visio apud videntes generabit *timorem*, non servilem, sed filialem, scil. cum fiducia in Deo conjunctum, qui adeo timor cum gaudio & animi tranquillitate fati constare potest. Vnde Salvator promittens se redivivum discipulos invisurum; vos quidem, inquit, *irrisitiam nunc habetis, iterum autem videbo vos, & gaudebit cor vestrum, & gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Joh. XVI. 22.* Per fiduciam vero cum hoc timore conjunctam ipsam intelligimus *fidem salvificam*, ut quæ fundamentum est omnis fiduciæ. Nam & alias fides in MESSIAM, qui adeo hic nomine משיח denotatur, per *fiduciam & spem* describitur. *Jer. XVII. 7. 8. Ps. II. ult. IV. 6. &c.* Nec adeo fideles hic tantum dicuntur exemplo liberationis MESSIAE ad filialem fiduciam erigi, sed in ipsum Messiam, tanquam auctorem salutis, credere, & dicere; *In Domino habeo justitiam & robur. Jes. XLV. 24.* Hinc & *elogium* subjungitur *beatitudinis credentium*, & a consortio malorum sive seductorum se separantium, v. 5. quod & initium esse potest cantici illius, quod Deus in os MESSIAE posuisse dicitur v. 4. quanquam alii demum a v. 6. hoc malunt incipere, ut *Aben Esra*: de quo non litigiose contendemus. *Beatus vir, qui constituit Dominum fiduciam suam, & non respicit ad superbos & declinantes ad mendacium.* Locus sane geminus *Jer. XVII. 7. 8. Benedictus vir, qui confisit in Domino, & cujus est Dominus fiducia* (en & egregium phraseos paral-

parallelismum, (אשר כטח ביהמה ויהיה יהיה מכטחו) & erit sicut arbor plantata ad aquas, &c. coll. Ps. I. 3. Sed ut & apud Jeremiam habetur opposita maledictio: Maledictus vir, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suum, & cuius cor à Domino recedit v. 5. 6. ita hic quoque credens a contrario describitur: & qui non respicit ad superbos & declinantes ad mendacium, qui adeo non possunt non esse maledicti. ושמתי כזב רהביו sunt ὑπερηφάνοι τῆ δαυοία τῆς καρδίας αὐτῶν, superbi in cogitatione cordis sui, Luc. I. 52. qui cogitationibus variis idolum in corde suo erigunt, & contra Deum & Messiam ejus consultant & tumultuantur, Ps. II. 1. 2. iidem, qui Ps. XVI. 4. dicuntur post alium festinare, sive alium sequi, sive, qui in homine & carne fiduciam ponunt, sive in se ipsis, sive aliis, vel πεποιθότες ἐφ' ἑαυτοῖς, confidentes in seipsis, quod sint justi, Luc. XVIII. 9. confidentes in sua sapientia, potentia, divitiis, Jer. IX. 23. 24. coll. 1. Cor. I 29. sqq. vel cum gentilibus vanis mentiti alium Deum, qui Deus non est, mutantes gloriam Dei incorruptibilis in similitudinem simulacri corruptibilis hominis & volucrum & quadrupedum & reptilium, Rom. I. 28. à quo crimine nec Israëlita immunes fuerunt. Ps. CVI. 19. 20. 21. LXX. quos sequitur Vulg. Beatus vir, cujus nomen Domini spes ejus, pro **Y** posuit, legisse **Y** nomen, dudum observatum & manifestum est. Hypothesi serviens R. Salomo per Canticum novum canticum maris sc. quod habetur Ex. XV. intelligit. Sed cum Psalmus non agat de liberatione populi ex Aegypto, sed de liberatione Messiae à passionibus suis, si ad determinatum quid restringere velimus, cur non intelligamus hymnum, quem Messias sub finem coenae ultimae, extremam passionem jamjam aditurus, cecinit? Matth. XXVI. 30. Marc. XIV. 26. imprimis cum in eo hymno, cujus pars praecipua erat Ps. CXVIII. liberationem sui divinam egregie canat & celebret. v. 1. sq. v. 10. sq. Sed, licet hic hymnus utique comprehendatur, ad illum tamen restringere necesse non est. Quin potius intelligamus omnem illum hymnum, quem promittit Messias Ps. XXII. 23. 24. Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae laudabo te, coll. Hebr. II. 12. quorum omnium summa habetur in eo, quod hic orditur, canticum novo; quae adeo una omnia intelligi possent. Ad suffixum plurale אלהינו non praeter rem observant

12.

vant *Aben Esra* & *Kimchi*, referri illud ad multos, qui visuri Deum timebunt. MESSIAS hic enim loquitur suo & fidelium nomine, quorum secum communis est Deus, perinde ut ad Mariam loquitur: *Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, & ad Deum meum & Deum vestrum. Job. XX. 17.* Nam ut ipse est *Filius Dei dilectus*, in quo Pater beneplacitum habet, ita in ipso quoque, est beneplacitum hominibus, εὐδοκία ἐν ἀνθρώποις, *Luc. II. 14.* inque illo ἡγαπημένω dilecto & nos Dei filios Pater ἐχαρίτωσε gratiosos & dilectos habet. *Eph. I. 6.* Præsertim *D. Kimchi* τὸ videbunt multi & timebunt de conversione ad Deum interpretatur. τὸ videbunt enim utique pertinet ad ἀποδείξω πνεύματος, qua convicti multi Messiam agniture salvifice sunt, & ita demum vere ad Deum se conversuri. Exemplum habemus in *Nathanaële*, ad quem *Philippus*: *veni & vide, Job. I. 47. coll. v. 50.* perinde ut ad duos primos discipulos, quorum unus *Andreas* erat, v. 41. ipse Messias dixerat: *venite & videte, v. 40.* quod ad solum diversorium vel locum, de quo quæsierant v. 39. ubi manes? intelligendum non est; sed & de institutione Messie horum discipulorum in illo loco, in quo sane non otiose commemoratum fuisse existimandum est. Vnde additur: *Venerunt & viderunt, ubi maneret; & apud ipsum manserunt diem illum*, scil. videntes & experimentum capientes efficacis & salutaris doctrinæ ejus. Ad v. 5. non necesse est cum *Kimchi* aliam personam loquentem introducere, & verb. למר subintelligere, quanquam & hoc SCHMIDTIO placet, sed ipse Messias per totum *Pf.* continuo tenore loquens credentes in se beatos prædicat. Grammaticalia mittimus שׁוּשׁ & שׁוּשׁ eandem significationem habere, manifestum.

§. XI. *Canticum novum*, quo Messias celebrat *mysterium redemptionis sue*, si non v. 5. (nam & hunc per modum *epiphonematis* antecedentibus subjici diximus, quanquam & initium cantici haberi, quo beati prædicantur Messie sectatores, nil repugnat) certe à v. 6. incipit, qui est *cantici exordium*, continens *encomium consilii salutis miraculose*: *Multas fecisti, Tu, Domine Deus mi, mirabilia tua & cogitationes tuas erga nos. Non est, qui disponat sive ordinet erga te* (sc. miraculosas illas cogitationes) *Annuntiabo & loquar. Prævaluerunt ab enarrando*, i. e. *majora sunt, quam ut enarrentur. In hoc*

hoc encomio consilii salutis iterum MESSIAS de se suisque una loquitur, ut quorum communis causa est, similiter ut *Jes. VIII. 18.* *Ecce ego & liberi, quos dedit mihi Dominus in signa & prodigia in Israël, à Domino exercituum, qui habitat in monte Zion. c. precationem sacerdotalem. Joh. XVII. per tot.* De consilio autem salutis loquitur, non tantum quatenus est ab æterno decretum, sed & quatenus secundum illud decretum in tempore executioni datur. Ad decretum pertinet appellatio cogitationum, ad executionem, quod dicitur, *fecisti. Mirabilia tua & cogitationes tuas, i. e. cogitationes mirabiles, per syndiodyn, sc. mirabilia s. miracula continentes.* Ita enim dicuntur ab objecto, quod est פלא *miraculosus ille, cujus nomen est פלא vel פלאי, Jud. XIII. 18. jam tum præludens suæ in carne manifestationi, לעשות פלא, miraculose agens v. 19. idem ille פלא יועץ, de quo Jes. IX. 5. Benedictus ille Dominus Deus, Deus Israël, solus faciens mirabilia, Ps. LXXII. 18. miraculosus, quoad personam, quoad officium, ejusque functionem, ut canit Ecclesia: Du bist der grosse Wunder-Mann/ das zeigt dein Munt und dein Person / x. Cogitationes hæc mirabiles Dei continent omnia mysteria, quæ in negotio salutis deprehenduntur, sive in ipsa Messie persona, sive in fidelibus & Ecclesia hujusque sapientissimo & mirabili regimine. Hinc & Apostolus à mysterio Incarnationis incipiens omnia reliqua una complectitur: Ex omnium confessione magnum est pietatis illud mysterium. Deus manifestatus est in carne, justificatus in Spiritu, visus Angelis, predicatus in gentibus, creditus in mundo, susceptus in gloria, 1. Tim. III. 16. Finit in susceptione Christi in gloria, quæ & ultimum Christi adventum includit, in quo ipso etiam veniet, ut glorificetur in sanctis suis, & δαυμαδῆνας, ut miraculosus appareat in omnibus credentibus, in die illo. 2. Thess. II. 10. Tum demum enim absolvetur mysterium Dei, sicut annuntiavit servis suis Prophetis, Ap. X. 7. Hæc adeo omnia continent cogitationes hæc Dei mirabiles vel potius, cogitationes miraculorum, consilium universum salutis, de quo Paulus: non subdixi quicquam, quo minus annuntiarem vobis omne consilium Dei. Act. XX. 27. Hoc est magnum illud mysterium Christi & Ecclesie, Eph. V. 32. sapientia Dei in mysterio, 1. Cor. II. 7. mysterium revelatum in Evangelio, temporibus æternis tacitum (quoad erant cogitationes Dei, ante ἀποκάλυψιν. Nemo enim vidit Deum: Filii,*

lius, qui est in sinu Patris enarravit nobis, Job. I. 18.) manifestatum autem nunc per Scripturas propheticas, secundum mandatum Dei, ad obedientiam fidei, in omnes gentes publicatum. Rom. XVI. 25. 26. coll. Eph. III. 9. 10. Col. 1. 26. 2. Tim. I. 10. Tit. I. 1. Hæ cogitationes non tantum miraculose dicuntur, sed & multa, non tantum ob numerum, sed & ob magnitudinem, nam & de hac epitheton כח adhiberi solet; est enim ὁμολογούμενος μέγας, 1. Tim. III. 16. ut & hic cum Apostolo merito exclamemus: ὁ profunditas divitiarum sapientiæ & cognitionis Dei, &c. quis enim cognovit mentem Domini, & quis consiliarius ejus fuit? Rom XI. 33. Hæc ut ab æterno cogitata, ita in tempore facta celebrat Messias, ita tamen, ut, sicut non quæsit gloriam suam, sed Patris Job. VII. 18 VIII. 50. ita quoque omnia referat ad Patrem suum auctorem; multa fecisti tu, Domine Deus meus, licet, cum Pater operatur, & ipse operetur, Job. V. 17. & ipse venerit ad faciendam illam ab æterno decretam voluntatem Dei, v. 9. Non autem ad se solum, sed etiam ad suos miracula hæc & mysteria cogitationum Dei pertinere, inprimis declarat port. וְאֵלֵינוּ, ut jam ante innuimus. S. SCHMIDT. hic quidem vult totum humanum genus intelligi, cum Messias totum redemerit: concedit tamen, ad fideles redemptionem ejus præcipue pertinere. Et recte quidem 1. Tim. IV. 10. Nam hi soli sunt, qui una cum Messia redemptionem ejus admirantur, & pia mente cogitant exemplo Mariæ & Simeonis, Luc. II. 33. Vnde & hos solos malumus intelligere, quam etiam illos, qui abnegant Dominum, qui illos redemit. 2. Petr. II. 1. Summa autem cum sint tum quoad qualitatem tum quantitatem & numerum, non potest ea sine exaggeratione digna dimittere, quam instituit tum resp. Dei, אֵין עֶרְךָ אֵלֵינוּ, non est, qui disponat & ordinet ea ad te vel coram te scil. tam scite, exacte, ordinate & sufficienter, ut tu pro πολυποικίλω σοφία σὺ multifaria sapientia tua Eph. III. 10. ab æterno cogitasti, & disposuisti secundum omnem suam seriem, qua in tempore eventura sunt. Deo enim sunt nota ab æterno omnia opera sua. Act. XV. 18. Secundum illam sapientissimam & ordinatissimam seriem quis est, qui cogitationes tuas similiter ordinare & disponere possit, ut cogitationum tuarum ἀρχέτυπον cogitationes ἐκτυποι in omnibus perfecte assequantur? In hoc incumbere, nostri quidem est officii, quo pertinet

5.

tinet Dei monitum ad Mosen de tabernaculo condendo: *Vides ut facias omnia secundum typum monstratum tibi in monte, Hebr. VIII. 5.* sed hac in parte quoque cognitio nostra est *ἐν μέγας* 1. Cor. XIII. 9. Loquitur autem hic *Messias* de suo intellectu humano in se spectato, & reliquorum hominum, hunc non posse Dei cogitationes perfecte ordinare & assequi. Quod dicit hic de cogitatione, idem quoque dicit de *elocutione*: *annuntiabo & eloquar; non potuerunt enarrari.* Ante *אנרר* potest *אנרר* subintelligi, si quis eloqui velit, non poterit enarrare. In verbis nulla est difficultas. Qua rem hoc notes: prædicavit & enarravit *Messias* consilium Dei non tantum ut homo, sed etiam ut Deus, *Job. I. 18. Hebr. I. 1.* Hinc quod viribus ad enarrandum deerat humanæ naturæ, ex se supplevit divina, omnem suam virtutem humanæ naturæ communicans, & ad intellectum linguamque ejus divina virtute concurrens: unde ipse quidem ex unionis gratia mirificum Dei consilium & cogitando & eloquendo perfectissime assecutus est, inque officio suo prophetico plenissime enarravit, *Jes. L. 4. Job. I. 18.*

§. XII. Hoc præmissis exordio jam ipsum salutis consilium enarratur, de quo occurrit decretum & voluntas Patris v. 7. *Sacrificium & oblationem noluisse; aures fodisti mihi: holocaustum & piaculum non petiisti.* Proponitur hoc decretum partim negative, partim positive. Negative Deus dicitur non voluisse sacrificia. Ac ne quis hoc de aliqua saltem sacrificiorum specie capiat, diversæ memorantur, *חטאת, עולה, מנחה, זבח.* Hebræi hæc non male distinguunt. *Sacrificium* accipiunt de *pacificis*, *mincham* de oblatione farrea, *Speissa* *Opffer*, holocaustum & *חטאת*, ut verba sonant, de holocausto & sacrificio pro peccato, quæ nec dubitationem habent. Licet enim *זבח* generaliter omne sacrificium animalium, quod mactatur, notet, hic tamen, ubi fit distributio in species, & cum *mincha* conjungitur, quæ & cum sacrificio animali ordinarie conjuncta erat, nec non holocausto & sacrificio pro peccato; recte ita specificè capitur. At enim vero hæc omnes sacrificiorum species Deus expresse instituerat, præscripserat, jussérat. Qui ergo dici potest hic, non voluisse, non postulasse? Hebræi vel comparate accipiunt, respectu obedientiæ, quam Deus magis velit, ut 1. *Sam. XV. 22.* vel restrictè

*frisse ad tempus, tempore commorationis in deserto non petiisse, sed ab iis populum dispensasse, sec. Jer. VII. 22. ut R. Salomo, R. Moses, Aben-Esra citatus, D. Kimchi, iterum hypothesei ἀδελφούτης. Verum interpretatio hic instituenda est potius ex hoc ipso loco, quam ex aliis. Opponitur hic negationi huic τὸ ἴδιόν μου. כרת לי. quod quid sibi vult, videndum est, & inde instituenda interpretatio.*

§. XIII. Quoniam hic maxime locus est decertandi cum *Judeis*, ante omnia ipsorum conferemus sententias tum de *phrasi*, tum de *re ipsa*. *Chaldeus; aures purgatas reddidisti mihi* sc. ad obædientiam, juxta *PFEIFF.* ast in *Bibl. Bas. B. aures ad audiendum redemptionem tuam fodisti mihi*, cui paraphrasi sensus inest altior *Judaicus*, & huic loco non inconueniens, licet amplitudinem & proprietatem sensus *Spiritus S.* non exhauriat. *R. Salomoni est, ad audiendum concavas reddere aures, adeoque descriptio promte obadientia.* Eo quoque refert *Aben-Esra*, allegans *l. 1. Sam. XV. 22.* nec non *D. Kimchi*, qui hic prolixam disputationem habet de *institutione sacrificiorum, hujusque sine, hisque omnibus, ait, potioem esse obadientiam, hinc & in decalogo nihil de sacrificiis haberi: de quibus deinceps dispiciemus.* Add. *R. Salomo B. M. LUTHERI* quoque versio, *die Ohren hast du mir aufgethan/ huc respicere videtur, & Cast. aurem mihi velis, in marg. familiariter mones, & Apol. A. C. art. 12, p. 257. ὡραγοφῶ. aures autem aperuisti mihi, id est, verbum mihi proposuisti, quod audirem, & requiris, ut credam verbo tuo, & promissionibus tuis, quod vere velis misereri, opitulari, &c.* Et in hunc quoque sensum primo loco interpretatur *GEIER.* *aperuisti mihi aures ad promte audiendum & obsequendum, & Jes. L. 4. ועיר לי און לשמוע, & v. 5. פתח לי און excitat & aperit mihi aurem.* Quomodo etiam verb. נרה adhibetur. *l. Sam. IX. 15. XX. 2. XXII. 17.* Sed mox ad communem sententiam dilabitur *GEIER.* hancque præfert, qua *servis perpetuo mancipio se obstringentibus subula auris perfodiebatur secundum legem Ex. XXI. 5. 6. Dent. XV. 17.* quomodo explicare ait *FLACIUM, HÖPFNERUM, GLASSIUM Rh. S. p. 107. FESSILIUM, COCCEJUM, BELGAS, BOCHARTUM, (v. hieroz. P. I. L. 3. c. 6.) JUNIUM, ALTINGIUM, PISCATOREM.* Adde *CALOVIVM, NOLDIVM & PFEIFFER. Dub. vex. c. 3, l. 64. MAJUM, nec non GURT-*

GURTLE, *Tb. Prophet. p. 379. S. TIL. b. l.* Alii interpretes simpliciter reddunt, *aures fodisti mihi*, & RIVETO, *fodere aures*, nihil aliud est, quam *formare aures*, & ita *concavas reddere*, ut *sonum excipere queant*, idem quod, *plantare aures*, *Ps. XCIV. 9.* In eandem sententiam citat PFEIFF. *l. c.* GENERARDUM, VATABLUM, CORNEL. à LAPIDE. Explicatio hæc petita est à R. Salomone, qui vero ad *solam obedientiam* nimis restringit. Recte autem negat RIVETUS, *ad legem de servorum aure perforanda respici.* Atque idem placet S. SCHMIDTIO *b. l. it. nostro S. R. GEBHARDI ad R. Abraham munimen fidei l. 98. p. 227.* & GUSSETIO *C. L. E. p. 402.* Recte, inquam, negant. Nam 1. כרה *fodere* quidem aliquando significat, sed non *perforare.* 2. In lege citata habetur verbum peculiare צרע. 3. Una auris tantum perforabatur, hic vero mentio fit צרע, *binarum aurium.* 4. Sic conciliatio cum *epistola ad Hebræos & LXX.* facilius est. Etenim, qui ad *ritum perforandi* respici volunt, *antecedens dicunt positum pro consequente*, ut idem sit, *corpus aptare ad obediendum per forationem aurium ejus, cujus aures perfoduntur, vel perfodere aures ab obediendum & serviendum.* Et quidem PFEIFFER. addit, *Græcos voluisse locum paulo generalius reddere, quod consuetudo aures perforandi iis, quibus scribebant, ignota erat.* Idem tamen censura perstringit NOVARINUM *El. fol. 431.* qui vult *diversitati rituum diversitatem interpretationis LXX.* & *textus Hebræi tribuendam, quod apud Græcos usione in corpore servi notabantur.* FORTVNAT. LICETVM *l. Exod. XXI. 6.* de *auribus annulatis servorum in libr. de annulis antiquis* explicantem, & ita etiam *b. l. accipientem*, probat P. ZORNIVS *bibl. ant. & exeg. T. I. vid. Cassil. N. und N. a. 725. p. 455.* At qui simplicem *aures formandi vel excavandi* significatum retinent, illi dicunt, quod per *synecdochen* effertur in *Hebræo* per *membrum corporis*, id *sine tropo* à LXX. & *Apostolo* totius corporis mentione efferrî, atque sic, *aures aptasti sive plantasti mihi*, sive, *corpus aptasti mihi*, idem esse. Nec præter rem Gussset, pro generali verbi כרה significatu *parandi, aptandi*, contendit, quod è constructione cum *objectis diversis* speciales *significationes* acquirat, ut *fodiendi sive excavandi*, si cum כרה, *puteo*, construatur, *emendi*, si de re *acquirenda* adhibeatur, &c. Hic cum de *formatione aurium*, quæ quasi per *artificiosam* fit *excavationem*, usurpatur, perinde est, sive generatim

liter reddas, aures parasti mihi, sive specialiter, effodisti, excavasti mihi. Synecdocha vero adhibitæ ratio, cur scriptor Hebræus aures maluit dicere, quam corpus, hæc est, ut connotetur prompta obedientia. Quare, qui per vellicare aurem reddunt, partem sensus tantum assequuntur. Contra VITRINGA, non ad servum Hebraum auribus fibula perforatis servituti voluntariæ se addicentem, sed ad hominem magnis patulisque auribus præditum, alludi opinantem, disputat B.S. CREMERUS in tetr. Prophetico typic. exerc. v. A. E. a. 724. p. 171. Totus sensus est, ut dicatur corporis humani efformatio ad præstandam Deo & legi obedientiam. Nam Servator hic loquitur, ut נב, veniens in mundum, per assumptionem humani corporis & naturæ. Quam sensus amplitudinem Judæos, mysterii incarnationis ignaros, quin irrisores, assecutos non esse, non est, quod miremur. Cur σῶμα LXX. maluerint, quam ὄρα, subtilis est conjectura S. PETITI Lib. IV. var. lect. p. 202. sqq. judice GEIER. in h. l. sc. interpretes illos fuisse Essenos, utpote qui sacrificia improbantes, ut & servilia ministeria, loco perforationis meminerint σῶματος, i. e. collegii, in quod cooptatus psalter legi divina obsequium præstet. Sed quid non audet libertas conjectandi! Potius tamen hæc ferenda est, quam illorum audacia, qui codicis Ebræi corruptionem supponentes suspicantur LXX. olim legisse l. עצמי, ossa mea, ut MORINUS & CAMERO l. נרבה. ut GROTIUS, l. גייה, ut SCHLICHTINGIVS à CALOVIO J. H. MAJO & aliis satis refutati.

§. XIV. Quando itaque ab omnibus conceditur, verbis, aures fodisti mihi, significari admonitionem, eique respondentem promptam obedientiam; illi, qui verba cum interpretatione apostolica non tantum, sed etiam cum contextu accurate conferunt, iis plus significari, facile intelligunt; sc. ipsam etiam corporis & aurium efformationem, & quidem talem, quæ nulla peccati labe infecta sit, adeoque aurium ad Dei vocem audiendam, & voluntatem tum cognoscendam tum efficiendam, aptarum, & in se & sua natura dispositarum. Jam quo sensu & è qua causa opposito membro, Deus sacrificiorum qualiumcumque, species non voluisse, nec postulasse dicatur, dispiciendum est. Hebræi comparative accipiunt, Deum magis voluisse obedientiam, quam sacrificia, sec. 1. Sam. XV. 22. quin hæc ne omni quidem

dem tempore requisivisse, ut in deserto. Quæ quidem omnia vera sunt, sed plus causæ subesse, cæcutientes non vident. Prolixior hic est D. KIMCHI, cujus rationes dignæ sunt, ut expendantur, cum aliquanto propius scopum feriant. Supponit interpretationi suæ I. Jer. VII. 22. sqq. ubi negat Deus, se Israëlitis sub egressum ex Ægypto de sacrificiis præcepisse, cum tamen tum temporis maxime sacrificium quotidianum & alia præscripserit. Hæc ut conciliet, respondet; *Deum initio sacrificia non sanxisse, sed obedientiam postulasse. Sacrificia demum instituisse, postquam ceperunt peccare.* Hæc si non de solis Israëlitis enuntiaret, sed de universo genere humano, bene se haberent. Sed ita mentem ejus accipit FRISCHMVTVS, aut ejus respondens KVTSCHERA Disp. in b.l. ac si tum demum sacrificia vellet instituta, cum & ABARBENEL de iis secus philosophetur, *Adamum sacrificia suo arbitrio primum obtulisse, quæ deinceps Deus approbaverit, & ut cultum suum non dedignatus fuerit.* Sed rectius judicant nostri T. T. Adamum lapsu suo & abusu arboris veritæ tantopere fuisse consternatum, ut non ausus fuisset suo arbitrio passerem mactare, nedum tot animalia majora per sacrificia destruere. Cum itaque ex historia sacra constet, jam inde à lapsu sacrificatum esse, Deum ipsum sacrificia instituisse existimandum est, sine qua institutione sacrificia ἐδολοδεθησενία fuissent, nec Deo potuissent placere, hoc minus, cum earum causa è ratione nullatenus cognosci & indagari & dari possit, nec queat intelligi, qua ratione Deo, qui spiritus est, destructio animalium, & tot aliarum rerum, carniūque combustarum nidor placeant. De universo autem humano genere verum est, postquam cœptum est peccari, tum demum Deum sacrificia præcepisse & instituisse. Non ergo hoc ad peccatum μοχολατρείας est referendum, cum ante illud dudum sacrificatum, hicque cultus Deo gratus & acceptus fuerit Gen. IV. 4. VIII. 21. L. Jer. VII. 22. sqq. non est negative intelligendus, sed comparative, nec negare vult Deus, se tum temporis sacrificia instituisse, sed in elencho sive reprehensione impenitentia ipsorum dicit, sacrificia se non instituisse, ut cultum ex opere operato, ut loquuntur scholastici, qui per se placeat, sed hoc modo potius requisivisse obedientiam, ut

voci suæ obtempèrarent. Et recte quidem se habet observatio, quod in decalogo, qui summa totius legis est, nulla fiat explicita sacrificiorum mentio. Nam & hoc indicio est, sacrificia non esse cultum, quem *lex natura* præscribat, quique adeo ratione sibi relicta cognosci possit. Talis enim si esset, in lege morali non minus omitti potuisset, quam nominis divini invocatio. Recte itaque & ipse ad ultimum altius ascendit, & in universum pronuntiat, si homines non peccarent, aut unquam peccassent, non opus fore sacrificiis, & abinentem à peccato, Deo magis placere, quam peccantem & sacrificia offerentem, *sec. 1. Sam. XV. 22.* Quin allegare hic etiam potuisset *Jes I. u. 12. 13.* ubi sacrificia peccatorum sibi displicere, Deus aperte profitetur. Illud tamen verissimum est, sacrificia à peccato originem habere, & si homo non peccasset, nullis indignisse sacrificiis. Sed dicat jam Judæus, quid sacrificia ad peccatum expiandum faciant? De eo altum est apud *D. Kimchi* silentium. *ARBENEL* tamen hic subodoratus est mysterium substitutionis, quod homo peccati reus in sacrificiis pro se animalia substituat. Cum in altari adipem & renes sacrificii comburerent, perinde putabant esse, ac si sua ipsorum intestina offerrent, quæ cogitationum sunt instrumenta. Consimiliter crura, manus pedesque offerentes designabant, qui se sanguine animalis conspergebant, Deo confitentes, æquum esse, ut immolantis sanguis ob peccatum ita effunderetur, & corpus ipsius estularetur, abs Dei si esset misericordia, qui nunc vitam & sanguinem sacrificii accipit loco peccantis. Quem locum allegat *FRISCHMVT. in b. l. c. 2. §. 26.* Ideo manum suam capiti holocausti imposuit, ut significaret, illud ascendere super altare loco sui ipsius. vid. *ib. §. 24.* ubi & *BECHAI* allegat, eandem substitutionem agnoscentem, in *Peni. f. 228. c. 3.* Ideo præceptum de offerendis sacrificiis à Deo datum est, ut coram ipso sint peccatorum nostrorum expiatio, & nobis fiat propitius Deus. Hactenus recte, sed non in eo est subsistendum. Substitutio illa est verissima, nec minus verum, substituta animalia peccatum expiasse. Sed quomodo id fieri potuerit, quaeritur. Nec in bruto belluarum sanguine vim ullam peccata expiandi esse, intelligi potest, si etiam supponas, quod verissimum est, Deum animalia pro homine substituisse.

§. XV. Hoc ipsum illud est, quod contra Judæos urget *Apосто-*

postolus: ἀδύνατον γὰρ, impossibile est, sanguinem taurorum & hircorum tollere peccata, Hebr. X. 4. & v. 11. & omnis quidem sacerdos stetit quotidie sacro fungens officio, & eadem saepe offerens sacrificia, quæ nullatenus possunt auferre peccata. Vnde ergo sacrificia suam vim habuerint, & ex qua causâ pro hominum sanguine & vita animalia bruta substituta fuerint, docet ex h. l. Ps. Apostolus, & Judæi hinc discere & convinci possunt. Negat is, qui loquitur, Deum sacrificia voluisse, aut postulasse, non comparate, respectu obœdientia, ut 1. Sam. XV. 2. Jerem. VII. 22. & alibi Hof. VI. 6. Matth. IX. 13. XII. 7. nullius enim hic accusatur inobœdientia; sed absolute, aut certe comparatione, vel potius oppositione, sc. respectu sui ipsius, cui Deus corpus, cui aures, ad Dei voluntatem audiendam patulas, formaturus, qui & in plenitudine temporis venturus sit, ut Dei voluntatem exsequatur, v. 8. 9. eam scilicet, ut ipse daret animam suam ἵνα, sacrificium pro reatu, Jes. LIII. 10. Abs hoc Messiaë sacrificio si sit, negat Deus, velle se animalium sacrificia, ut in se invalida, & ad expianda peccata nullam vim habentia: quæ tamen cum Deus instituit, ob nullam aliam rationem instituisse intelligi potest, quam ut essent typi & imagines perfectissimi & absolutissimi Messiaë sacrificii, de quo adeo Apostolus ex h. l. cum firmissima ἀπὸ τοῦ Θεοῦ concludit: Ipse, uno pro peccatis sacrificio oblato, in perpetuum confedit à dextera Dei, v. 12. & iterum v. 14. Vna enim oblatione perfecit in perpetuum sanctificatos, i. e. seipsum pro nobis sanctificans & sacrificans Job. XVII. 19. à peccatis absoluit & perfecte justos & sanctos reddit, quotquot in eum credunt, factus iis in justitiam & sanctificationem & redemptionem, 1. Cor. I. 30. Demonstrationem scilicet ex h. l. hanc instituit Apostolus: Superius dicens; sacrificium & oblationem & holocausta & sacrificia pro peccato non voluisti, neque placuerunt tibi (sc. quæ secundum legem offeruntur). Tunc porro dicit, ecce venio ad faciendum, ò Deus, voluntatem tuam. Tollit prius, ut posterius stabiliat. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis Christi semel. Hebr. X. 8. 9. 10. Non poterat sane efficacior fieri demonstratio. Remoto enim uno oppositorum, ponitur alterum. Removentur hic sacrificia Levitica, ut per se & propter se à Deo non requisita aut ipsi grata. Ergo

6  
7  
8  
12

go dari aliud necesse est sacrificium, à Deo præcipue & per se intentum, ipsi unice gratum & acceptum. Cujus vero illud est? Non certe alius, quam qui Deum sibi corpus formasse profiteretur, seque per illam *ἐνωπύατος* sive incarnationem venisse ad faciendam Dei voluntatem. Quod certe non minus clare hic ipse Messias enuntiat, quam Apostolus: Cum esset plenitudo temporis, Deus misit Filium suum factum è muliere, legi subditum, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem consequamur, Gal. IV. 4. 5. & Phil. II. 8. factus est obediens Patri usq; ad mortem, mortem autem crucis. Et iterum: Illum, qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum (ῥῆον sacrificium piaculare) fecit, ut nos fieremus justitia Dei per ipsum. 2. Cor. V. 21. & Eph. V. 2. Christus tradidit seipsum pro nobis oblationem & sacrificium Dec, in odorem bone fragrantie. Etenim is, qui hic dixerat, loco sacrificiorum Deum sibi corpus condidisse & aures aptasse, quomodo hoc aliter intelligi velit, quam, ut ipse esset sacrificium à Deo unice ab æterno expetitum, in quo sit summa ejus *ἰνδοξία*, uti de Messia dicitur: Ecce servus meus, quem elegi, electus meus, in quo beneplacitum habet anima mea. Jes. XLII. 1. coll. Matth. III. 17. XII. 18. Eph. I. 6. &c.

§. XVI. Quod jam verba sequentia v. 8. p. attinet, continent ea sponsonem Filii Dei, quam pro humano genere redimendo ab æterno sive in æterno Dei consilio fecit: Tunc dixi; ecce venio. In volumine libri de me scriptum est. Facere voluntatem tuam, Deus mi, volui, & lex tua est in visceribus meis. Sponso ipsa habetur in verbis. Tunc dixi. IN se refert ad v. 7. ubi loco sacrificiorum Deus Messie aures effodisse sive formasse dicitur. Quod & de decreto æterno & de executione in tempore accipiendum est. Prout enim Deus in tempore consilia sua exsequitur, ita ab æterno decreverat, & vice versa. Pater itaque ab æterno decreverat, Filium assumpto corpore humano sacrificium humani generis in peccatum lapsi piaculare fieri, hocque in consilio vigillum Dan. IV. 14. sive Sacro - sanctæ Trinitatis significaverat. Non reluctatur consilio Patris Filius, sit ei obediens ad mortem, mortem usque crucis. Phil. II. 8. Tunc, quum Pater decernebat, cum consilium dabat, corpus ei formatum significabat, quid in assumendo & assumpto corpore officii sui esset, amice admonebat, tunc Filius obœdienter annuit, &

& dixit. *Obiectum sponſionis eſt Meſſia adventus, & poſtquam adve-  
nerat, functio officii. Adventum promittit: ecce venio. Adventus  
hic eſt in & cum corpore humano, & omnibus ejus membrs, ne auri-  
bus quidem exceptis. Nam ſicut pueri participes ſunt carnis & ſan-  
guinis, & ipſe ſimiliter particeps factus eſt eorundem. Hebr. II. 14. Hunc  
vero adventum ſuum Meſſias dicit non inopinum fore & ſubi-  
tum, ſed dudum prænuntiatum, in volumine libri ſcriptum eſt de  
me. Qvis hic liber ſit, nullam dubitationem habet. Eſt liber vocat<sup>us</sup>  
ἐξοχὴν talis, liber Scriptura S. in quo de Chriſto ſcriptum eſt, Job. V. 39.  
& omnes Prophetæ teſtantur, Act. X. 43. in ſpecie quoque Moſes vaticini-  
natus eſt, Job. I. 45. V. 46. unde & h. l. vulgo reſtringunt ad libros  
Moſis, ut GEIER. MICH. h. l. Sed hoc neceſſe non eſt. Nam non  
reſpiciendum eſt ad tempora Davidis, auctoris Pſalmi, ſed ad MESSI-  
AM, quem ille per totum Pſalmum loquentem introducit. Hic  
autem orſus canticum ſuum novum non tantum loquitur, ut  
erat in tempore, quomodo v. 10. loqui dicitur, ſed ut ab aeterno conſi-  
lio S. S. Trinitatis intererat. In eo autem conſilio ut adventus ejus  
in mundum eſt decretus, adeoque ſe certiffime venturum pro-  
fiteretur: ita quoque decretum eſt, ut hic adventus prædiceretur,  
non à Moſe tantum, ſed ab omnibus Prophetis. Ab his omnibus de  
ſe ſcribi, & ſecundum voluntatem Dei ſcribendum fuiſſe, Meſſias  
hic indicat, ſive illi ante, ſive poſt Davidem vixerint; & ipſe et-  
iam David inter hos Scriptores eſt referendus. Vult ergo Meſ-  
ſias hic dicere, non quod temporibus ante Davidem de ſe ſcri-  
ptum ſit, ſed in univerſum & indeterminate in pandectis ſacris  
de ſe ſcriptum & prædictum eſſe, quocunque id tempore fa-  
ctum ſit. Nec minus vaticinia Samuelis, Danielis, & ultimorum Prophe-  
tarum huc pertinent, quam Moſis. Nam omnes Prophetæ & lex uſque  
ad Johannem prophetarunt, Matth. XI. 13. ſcil. omnes πρὸς τῆς εἰς ἡμᾶς  
χάριτος προφητευσάντες 1. Petr. I. 10. Quod additur, במגלת ספר, in  
volumine libri, ad formam externam inprimis ſpectare, antiquita-  
tum Hebraicarum magiſtri docent. Conf. tamen, quæ hic habet  
KUTSCHERA *Diſp. cit.* Græcorum νεφάλιδα idem eſſe quod מגלת ספר  
& forte è Chaldaico כפלה formatum, non immerito conjeçturam  
dicit probabilem Dn. MICHAEL. h. l. conf. Ez. II. 9. Esdr. VI. 2.*

E

§. XVII.

§. XVII. *Finis* autem adventus Messiae, in carne manifestandi, in libro Scripturae revelandi, hic fore dicitur: *Facere voluntatem tuam, Deus mi, volui.* ἢ potest construi vel cum verb. יָצַד, v. 8. vel cum verb. יָצַדְתִּי, uti pleræque versiones, Coccej. *Facere voluntatem tuam volupe mihi fuit.* Et ita LXX. τὸ ποιῆσαι τὸ θέλημα σου ὁ Θεός μου ἠβλήθη. Prius tamen præferre videtur Apostolus, *Hebr. X. 7.* qui voc. ἠβλήθη omittit, ἰδὲ ἤνω τὸ ποιῆσαι, ὁ Θεός, τὸ θέλημα σου. *Ecce venio ad faciendum, ὁ Deus, voluntatem tuam.* Hoc si placeat, ante יָצַדְתִּי subintelligi potest pronom. אֲנִי, *venio ad faciendum voluntatem tuam, quæ delector,* quam promte exsequi mihi summa est voluptas. *Voluntas* autem intelligitur *Evangelica*, βλήθη Θεός, *Luc. VII. 30. Act. XX. 27.* talis κατ' ἐξοχήν, τὸ θέλημα, *Rom. II. 18.* de salute hominum, per sacrificium Messiae piaculare reparanda. Opponitur enim hæc voluntas repudiatis & rejectis à Deo sacrificiis Leviticis, aut certe non placitis in se ἀλόγοις brutorum animalium, quæ non possunt expiare. Est hæc illa voluntas, secundum quam Patri יָצַדְתִּי אֲנִי, *placuit illum percutere, & ipse se sacrificium pro peccato offerre debebat,* *Jes. LIII. 10.* Quod beneplacitum Patris fuit, idem fuit beneplacitum Filii, יָצַדְתִּי אֲנִי. Et mihi, inquit, perplacet gratumque est, ut secundum voluntatem tuam fiam אֲנִי, piaculum, licet destruar, mors acerbissima & ignominiosissima crucis subeunda mihi sit *Phil. II. 8.* Ita simplicissime explicatur, nec necesse est אֲנִי metonymice accipere cum GUSSETIO p. 803. de sacrificio accepto, *objecto vero & perfecto acceptationis divine.* Nam licet אֲנִי proprie accipiamus de ipsa voluntate Dei gratiosa & evangelica, nihilominus includitur sacrificium Messiae, ὁσμή εὐωδίας, Deo gratum & acceptum, tanquam voluntatis hujus præcipuum objectum.

§. XVIII. Qualis vero is est, qui tam promte venit ad Dei voluntatem faciendam? Se ipsum describit, ut sacrificium sine אֲנִי, labe vel macula, ἀμωμον. & *lex tua est in visceribus meis.* Quibus verbis dicitur, qualis sit intus & in cute, in visceribus, per quæ Rabb. imprimis cor, ut viscerum primarium, recte intelligunt. Alii homines sunt אֲנִי אֲנִי, tantum mali *Gen. VI. 5.* non tantum exterius, sed interius, ut qui iniquitatem imbiberunt ut aquam, *Job. XV. 16.* ut in

in qua concepti & in alvo materna foi sunt. Ps. LI. 7. At Messias, licet venerit in similitudine carnis peccaminose Rom. VIII. 3. tantum tamen abest, ut in natura corrupta peccator sit, ut contra sit *ὄσιος, ἀνασος, ἀπύλατος*, à peccatoribus separatus. Hebr. VII. 26. Nam & in visceribus & intimis animi penetralibus legem habebat. Legem Deus sanctis in novo gratia-federe se inscriptorum promittit, Jer. XXXI. 33. cum, natura licet inscriptum iis, per peccatum inhabitans obliteratum & tantum non deletum sit. At MESSIAS legem non tantum inscriptam, sed & innatam à primo conceptionis momento habet, adeo ut & sanctus nasceretur. Luc. I. 35. Nam illum, qui non noverat peccatum, Deus pro nobis peccatum fecit, ut nos fieremus iustitia Dei in ipso, 2. Cor. V. 21. Talis summus sacerdos nos decebat! Hebr. VII. 26.

§. XIX. R. Salomo hæc refert ad legislationem, & verba facit populi, legem à Deo promulgatam acceptantis; hunc dixisse, se venire ad fœdus Dei in se recipiendum, eo tenore, quo à Deo sit sanctum & à se auribus perceptum. Hocque in rei gesta testimonium in libro legis esse scriptum. Ex. XXXIV. 7. pro qua interpretatione etiam R. MARINOS allegat Aben Esra. In quibus omnibus suæ serviunt hypothesi, quæ corruente omnia corruunt. Sed corruit, postquam jam demonstratum est, non populum, sed Messiam in Psalmo loqui. Et sane non plures sunt, sed una est persona, quæ loquitur. Populus Israëliticus tunc ex Ægypto educus erat, nec dum terram ingressus. Qui ergo venisse dici potest? Solennis sacrificiorum cultus tunc maxime instituebatur & confirmabatur. Qui ergo tunc Deus eum noluisse, nec desiderasse dici potest? תמיד, sacrificium quotidianum tunc institutum ipse D. KIMCHI observat. In libro scriptum dicitur de persona, de adveniente, non de re: nec de re jam gesta, sed de adventu adhuc futuro scriptum dicitur. Nec vere de se populus affirmare potest, se cum magna animi lubentia voluntatem Dei fecisse, cujus quidem inobœdientia toties & tam graviter accusatur. Quando vero ultima verba; & lex tuâ in visceribus meis est, interpretatur Raschi de cibis puris secundum legis prescriptum comestis, quam longe petita illa est interpretatio? Quanta catachresis est, legem significare cibum secundum legem purum?

E 2

Hunc

Hunc in hoc verbo tropum quis subodorari potuisset? quis, tali ratione *excludi bestias impuras & fructus non decimatos*? Si ad *metaphoram de cibis & comestione* hic alludi velimus, nonne potiori jure conferemus vaticinium de Messia: *Butyrum & lac comedet, ut sciat rejicere malum & eligere bonum? Jes. VII. 15. & ipsa ejus verba: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus, qui misit me, & perficiam illius opus? Job. IV. 34. conf. Disp. nostram Immanuel §. 49. 50.* Eadem futilitate supponit hic *Aben-Esra votum Davidis*, quod voverit tempore, nescio quo, & ipse nescit, calamitatis, *se cantaturum canticum novum, & ad illud solvendum Davidem nunc venisse, ad cujus prestationem ipse magno studio ferebatur. De voto cantici in hoc Ps. nihil habetur: sed de cantico Messie, cujus materiam Deus liberatione ejus sit suppeditaturus. Nec, quod literis hic consignatum dicitur, est res aut votum, sed persona; de me, de me ipso, inquit Messias, scriptum est in volumine libri. Lex in visceribus non tam de occulto, quam intimo, de intimis animi penetralibus, accipienda erat. Loc. Ez. III. 1. de מַלְאָכָה sive volumine comestio aliqua quidem ratione ad illustrationem adduci potest, dummodo non referas ad cognitionem legis acquisitam, cum ea Messie potius innata fuerit, sed in genere intelligas de intimiore perceptione, qua ratione quis aliquid penitus imbibisse dicitur. Nec D. Kimchi hic solidum fundamentum habet, ut supponat Davidem aut quemcumque alium e gravi morbo convalescentem; sed fucum facit & aliquam speciem, quod in seqv. Psalmo *agroti, & in præced. calamitatis & brevitate vite humana* mentio fit. Sed hic est transitus eis ἀλλο γένος. cum *Psalms XXXIX. diversissimi sit argumenti, Psalmus autem XLI. MESSIAM quidem ut לָרֵעִים, tenuem sive pauperem, non vero agrotantem sive morbo laborantem introducat; sed hos beatos prædicat, qui lecto defixi ad Messiam pauperem vera fide respiciunt, ut Jacob moribundus, suspirans: Domine, exspecto salutem tuam. Gen. XLIX. 18. Ceterum rectius perspexit, quam R. Salomo, per viscera corporis & animi intima penetralia intelligendum esse, quam ventriculum, cibos, licet purissimos, nec nefastos, aut non decimatos, concoquentem. Quando vero quæritur, quomodo de Davide in libro legis scriptum sit? extricare se non potest, dum dicit, ipsi perinde**

ut reliquis hominibus in libro legis precepta data & regulas vite prescriptas esse. Longe enim aliud est, de aliquo in libro scriptum esse, quod hic dicitur, & alicui in libro prescriptum aliquid esse, quod verba scriptum est de me, non significant. Et aliud est צוה עלי, preceptum est mihi, 1. Cbr. XXII. 13. Esth. II. 10. vel עלי Num. XV. 23. (quanquam ordinarie construitur cum את & accusativo tum personæ tum rei, rarius cum ל dativo personæ) quod hic non habetur, aliud, כתוב עלי, scriptum est de me, quod h. l. habetur.

§. XX. MESSIAS postquam exposuit, qualem se post adventum suum in carne in officio sacerdotali, prompta in Patrem obedientia se ipsam in sacrificium pro peccato offerendo, exhibiturus sit, porro docet, quam sancte & integre quoque officium Propheticum suum administratus sit: Annuntiavi justitiam in concione magna: ecce labia mea non cohibebo; Domine tu nosti. Justitiam tuam non texi in medio cordis mei; veritatem tuam & salutem tuam locutus sum. Non celavi benignitatem tuam & veritatem tuam concionem magnam sive multam (numerofam) v. 10. 11. Præterita hic sunt Prophetica pro futuris. Primo dicit, quomodo & quibus, sive in quorum gratiam hoc suum officium administret; Annuntiavi justitiam concioni magna. Concilio hic eadem est, quæ Ps. XXII. 23. Concilio fidelium inprimis, reliquis tamen non exclusis, sive quicumque, quibus Messias vel ἀποστόλων vel per ministros prædicat Hebr. I. 1. רב magna sive multa dicitur. Multi enim sunt vocati Matth. XX. 16. XXII. 14. Parum enim esset, si foret tantum διάκονος ἀγγελοῦ Rom. XV. 8. Jacobi & Israël, sed Deus ipsum quoque constituit lumen gentium, & salutem usq; ad fines terre. Jes. XLIX. 6. coll. Luc. II. 32. Huic concioni letum Messias affert nuntium, בשרתי, ut caput omnium מבשרים, Jes. LII. 7. & מבשרות, Ps. LXVIII. 12. Argumentum sive objectum nuntii ejus est uno verbo, justitia, scil. ab ipso parta, ut Ps. XXII. 32. fide acceptanda Jes. XLV. 24. justitia Dei, quæ in Evangelio revelatur, è fide in fidem, Rom. I. 17. justitia regni Dei, Matth. VI. 33 Rom. XIV. 17. justitia non nostra è lege, sed per fidem Christi, justitia, quæ est a Deo per fidem, Phil. III. 9. justitia fidei, per quam vivit justus, Hab. II. 4. Rom. I. 17. Gal. III. 11. Hebr. X. 38. coll. Gal. II. 20. Modus administrandi hujus officii est cum magna παρρησία. Labia mea non prohibebo sive

claudam. Docebat enim ὡς ἐξουσίαν ἔχων, ut auctoritatem habens, & non sicut scribe, Matth. VII. 29. docebat viam Dei in veritate, nec ququam curabat, nec ad personam hominum respiciebat, Matth. XXII. 16. coll. Job. III. 2. VII. 46. Ipse palam de se prædicat & vere coram synedrio: Ego μετὰ παρρησίας, libere locutus sum mundo. Ego semper docui in Synagoga & in templo, ubi undiq; Judæi conveniunt, & in occulto locutus sum nihil, Job. XVIII. 20. Provocat ibi ad omnium se audientium scientiam, v. 21. sed, quod majus est, in nostro Ps. provocat ad scientiam Dei omniscii; Domine tu nosti, quoniam testem fidelis administrationis officii majorem & fide digniorem Deo non habere poterat. Sed argumentum prædicationis suæ, quod uno verbo dixerat justitiam v. 10. pluribus exponit, nec non modum prædicandi liberum modo affirmative, modo negative proponit v. 11. Justitiam tuam non abscondi in corde me. Justitiam Dei Patris dicit, quæ sua erat meritorie, Jes. XLV. 24. quod à Patre exigebatur & acceptabatur, quod eam ratam & gratam habet, & credentium fidei imputat Rom. IV. 3. sive credentibus dispensat. Eam non dicit in medio cordis sui occultare, uti legem quidem in intimo viscerum habebat, v. 9. sed potius revelare, annuntiare, propalare. Filius enim, qui in sinu Patris est, ἐξηγήσατο, enucleate enarravit, Job. I. 18. Veritatem tuam & salutem tuam locutus sum. Henediads. Hæc est veritas Evangelica salutaris, cujus summa est, quod, qui credit in Filium, non pereat, sed habeat vitam æternam, Job. III. 16. non celavi benignitatem tuam & veritatem tuam concionem magnam. Est eadem gratia in Evangelio veraciter promissa, opposita obœdientiæ legis rigorose & cum interminatione maledictionis à nobis exactæ, de qua Job. I. 17. lex per Moysen data est, gratia autem & veritas per Jesum Christum facta est. Facta est per ipsum non tantum promerendo, sed etiam manifestando & annuntiando, unde & immediate sequitur, ipsum fuisse ejus exegetam v. 18. uti & h. l. dicitur, eam non celasse, non invidisse hominibus, sed largissime communicasse mysterium seculis æternis tacitum Rom. XVI. 25 & in Deo absconditum. Eph. III. 9. Hæc hominum, & maxime fidelium, penes quos est סוד יהוה, arcanum Domini Ps. XXV. 14. non subtraxisse, ait, notitia. §. XXI. Hæc quomodo sec. interpretationem R. Salomonis in

in *populum Israëliticum* conveniant, non potest intelligi. Si *populus* Israëliticus est, qui hic loquitur, quomodo in populo vel ad *populum* sive in concione *populi* loqui dici potest? *Alium* ergo *qui loquitur*, esse oportet, quam *populum*, ad *quem loquitur*, nisi omnia in unum confundere velimus. Quid ergo est, quod *justitiam*, *canticum ad mare*, *canticum super fontem*, *canticum Debore* interpretatur? aliene sane. Nec enim *justitia* hic dicitur *cani* sive *canticis celebrari*, sed simplici elocutione manifestari. Vnde nec verb. שיר, nec הלל, nec ענה, aut simile adhibetur, sed אמר, Nec hic sermo est de *re nota*, de *beneficio recenti*, aut *brevi temporis*, qualia erant exitus ex *Ægypto*, inventio fontis in deserto, victoria Baroci & Debora, canticis celebranda lætisque jubilis; sed de *re arcana*, occulta alioquin, ni *Messias* annuntiaffet & revelasset, אמת בטחום, חכמה בטחום, *veritas in precordiis*, *sapientia in occulto*, Ps. LI. 8. *sapientia Dei in mysterio*, ἡ ἀποκρυφωμένη, *abscondita*; I. Cor. II. 7. quæ adeo non *cani* dicitur, sed *manifestari*, *revelari*. *Aben-Efra* & *Kimchi* non habent hic, quod refutatione indiget, si ab ipsorum applicatione ad *Davidem* abstrahas, nec adeo nos morabuntur. Quod observant, בשר vocabulum μέσος esse, & de nuntio non minus *tristi* quam *leto* usurpari, facile ipsis conceditur, dum & ipsi concedant, ut plurimum tamen de *leto* usurpari. Nec illa observatio *Kimchi* de nihilo est, אמנה esse *promissæ rei præstationem*, חסד vero *beneficium citra promissionem*. c. Rom. XV. 9.

§. XXII. V. 12. incipit *explanatio precatio pro liberatione à passionibus gravissimis*. Et hoc quidem versu est *propositio* ejus, *proposita* partim *negative*; Tu Domine, ne prohibeas *miseri cordias tuas à me*. Subierat *rigorosissimæ justitiæ* *judicium* *Messias*, in quo *meram Dei iram* sentiebat, unde & se *derelictum* queritur. Ps. XXII. 2. Non *parcebat Pater Filio unigenito*, Rom. VIII. 32. coll. Gen. XXII. 16. Vere itaque in hoc *judicio clauserat* sive *prohibuerat ira omnes misericordias ejus*, Ps. LXXVII. 10. *strinxerat Deus gladium ultorem in virum, qui ipsi proximus erat*, Zach. XIII. 7. Itaque petit, ne in æternum *miseri cordias suas* *subtrahat*, sed ad eas *aditum* concedat, & post omnes in se *iræ acerbitates effusas gratiæ iterum* & *comiserationi locum* faciat. Partim *affirmative*; *benignitas tua & veritas*

tas tua semper custodiant me. מַרְמָר וְאֵמֶת, *benignitatem & veritatem*  
 MESSIAS se in concione credentium annuntiasse dixerat, v. n.  
 cam sc. quam ipse pepererat suo merito, uti exposuimus. Sed  
 hic exorat sibi *benignitatem & veritatem* Patris, ne ipsi desit, quod  
 suo beneficio fideles consequuntur. *Benignitas* vero & gratia illa  
 est, qua Deus non potest non Filium suum dilectum, eundem-  
 que servum prudenter agentem, complecti, postquam officio suo  
 prudenter & feliciter defunctus erat. *Jes. LII. 13. Veritas* est, qua,  
 quod æterno pacto Filio promiserat, non poterat non præstare,  
 unde *Pf. II. 8. Pete à me, & dabo gentes hereditatem tuam, & possessionem*  
*tuam fines terra.* Hanc gratiam & veracitatem Dei, qua pro-  
 missa præstat, petit se custodire, h. e. se tutum præstare, ut supera-  
 tis passionibus promissa gloria, & regno, & omnibus bonis u-  
 na cum suis sine ullo impedimento frui possit. c. *Job. XVII. 24.*  
*Luc. XXII. 29.*

§. XXIII. *Argumentum*, quo orans MESSIAS Deum ad mise-  
 ricordiam & promissi præstationem movere vult, habetur v. 13.  
 & petitum est à *passionum gravitate*: *Nam circumdant me mala sine*  
*numero, affecuta me sunt iniquitates meæ, & non possum videre, invalue-*  
*runt præ pilis capitis mei, & cor meum destituit me.* Conqueritur de  
*passionum & multitudine & gravitate & qualitate*, & denique sensu a-  
 cerbissimo & effectu. Ad *multitudinem & magnitudinem* passionum  
 pertinet, quod dicit, *circumdedisse se mala sine numero*, hocque mox  
 illustrat, quod *invaluerint præ capillis capitis sui*, h. e. plures sint,  
 quam capilli ejus. Rad. נָתַן R. NATHAN significationem habere  
 dicit rad. יָקַף & סָבַב, ut significet *circumdare & undique cingere*, &  
 hoc convenit in omnia loca 2. *Sam. XXII. 5. Pf. XVIII. 5. CXVI. 5.*  
*Jon. II. 6.* unde intelligitur, esse *circumdare*, quale est *fluctuum maris*  
 & *aquarum*. Simili modo dicit Servator: περιλυτός ἐστί η̄ ψυχή  
 μου ἕως θανάτου, *tristitia circumfusa est anima mea usque ad mortem*,  
*Matth. XXVI. 38. coll. v. 3.* hujus *Pf.* ubi cæno profundissima foveæ se im-  
 mersum queritur, & *Pf. LXIX. 2. 3.* Ad *causam & qualitatem* passio-  
 num pertinet: *affecuta me sunt iniquitates meæ*, sc. instar liciorum  
 vel hostium, fugientem comprehendentium, ut elabendi nulla  
 facultas, sed poenas ut det reus miser, necesse sit. Illi vero licito-  
 res

res sunt iniquitates, non quidem ab ipsomet commissæ, sed ipsi tamen impositæ & imputatæ, *Jes. LIII. 6.* hæ itaque causa passionum sunt, quæ non impunem sinunt esse. Adeoque passiones sunt non naturales aut foruitæ, sed pœnales, ob iniquitates, quas justitia Dei ultrix necessario punit, *נְקָמָה לֵאלֹהֵי יִשְׂרָאֵל*, quæ nocentem non potest habere innocentem aut impunitum dimittere, *Ex. XXXIV. 7.* dum peccatorem peccata ceu lictores, aut exercitus hostilis *Pf VII. 6. Gen. XXXI. 23. 25. Deut. XXVIII. 15.* circumstant & detinent. Ad sensum & effectum passionum pertinet, quod propter eas queritur, se non posse videre, & cor suum se destituisse, scil. se iis tantopere afflictum esse, ut nec sensus externi, nec interni, officium suum facere possint, sed cœperit *λυπεῖσθαι ἕ ἀδυνατέιν*, contristari & gravissime ang. *Matth. XXVI. 37.* In *Qg.* non possum videre, *GEHER.* suppl. casum ex antecedentibus, terminum seu finem malorum sive passionum. *SCHMIDT.* cum *Kimchi* & *Aben-Esra*, non possum videre omnes, quia sunt innumeræ. coll. *Num. XXIII. 13.* Sed observat *MICH.* absolute positum sine accusativo, cecitatem significare, *1. Sam. III. 2. IV. 15. 1. Reg. XIV. 4.* & sic *LUTH.* daß ich nicht sehen kan. Sic Germani dicimus: Es vergeht ihm hören und sehen darüber / es wird ihm grün und blau vor den Augen / quod & secundo loco præfert *Kimchi.* Et sic notatur defectus virium & externarum & internarum cum exquisitissimo dolorum sensu conjunctus, seu à doloribus gravissimis profectus.

§. XXIV. Horum tam gravium dolorum sive passionum subjectum ecquod designabimus aliud, quam *MESSIAM*, *מִשְׁכַּחְמֵי* virum illum dolorum, qui morbos nostros tulit, & dolores nostros sustinuit, cujus passiones tam graphice describuntur *Jes. LIII. per tot. inpr. v. 3. 4. 5. 7. 10.* quas & ipse querula enarratione repræsentat *Pf. XXII. 12. sqq. coll. Jes. XLIII. 24. L. 6.* Quomodo populum suum *Israëliticum R. Salomo* hic substituere potest, cui Deus, licet graviter & multum peccanti, pro clementia sua sæpius pepercit, nec omnem in eum iram exoneravit? *Pf. LXXVIII. 39. CVI. 43. sqq.* *David* quidem, quem hic loqui mavult *Aben-Esra*, poenitens iram offensi Dei submisse deprecatur, *Pf. XXXVIII. per tot. CXLIII. 3.* sed & idem divitias misericordiæ Dei egregie laudat *Pf. CIII.*

F

per

per tot. Non facit, inquit v. 10. nobiscum secundum peccata nostra & re-  
pendit nobis secundum iniquitates nostras. At, quem hic iniquitates sue  
comprehendisse dicuntur, cum eo Deus egit pro omni rigore justi-  
tiæ secundum iniquitates suas, ut inde redditus fuerit afflictissimus,  
וְהוּא נֶעְנָה, Jes. LIII. 7. Phrasin וְהַשִּׁיגוּנִי עוֹנוֹתַי, non male *Aben-*  
*Efra* & *Kimchi* de pœna peccatorum accipiunt, quæ, cum puniuntur,  
tum maxime peccatorem apprehendere intelliguntur: nec male hic  
confert *Aben-Efra* 1. *Sam.* XXVIII. 10. ubi evenire dicitur alicui iniqui-  
tas, cum in pœnam imputatur, sive potius actu punitur. Necesse ta-  
men non est, quod idem vult, ipsum voc. עָוֶן accipere pro pœna  
peccati, *Gen.* IV. 13. *Thren.* V. 7. Hic integra phrasis metonymice pœ-  
nam connotat: in exemplis allatis primario ipsum notat peccatum.  
*Kimchi* pro hypothese sua non poterat non circumstantia, quæ hic  
dicuntur, mala ad communes vitæ casus & calamitates referre. Sed  
cum certum est, passiones has esse Messia, ut pro hoc subjecto sin-  
gularissime ejusque proprie sint; ita quoque non sane ut commu-  
nes, aut passim eventientes, sed ut maxime & gravissime descri-  
buntur.

§. XXV. Porro precatur MESSIAS pro liberatione à persecu-  
tionibus & illusionibus hostium. Ipsa petitio habetur v. 14. Velis Domine  
me eripere, Domine in auxilium meum festina, ubi & liberationem petit,  
& auxilium citum & subitum. Petitionis ratio est petita ab ipsis  
hostium persecutionibus & illusionibus, merito in ipsos convertendis: Pude-  
fiant & erubescant simul querentes animam meam ad perdendam illam:  
convertantur retrorsum & ignominia afficiantur volentes malum meum.  
Obstupefiant super mercede pudoris sui, qui dicunt mihi, Heab, Heab. v. 15.  
16. Persecutores sunt, qui querunt animam ad perdendum illam, quique  
cum delectatione malum alterius volunt & expetunt. Et ut re ipsa  
hoc agunt, ita omnibus votis idem expetunt. Hos fas esse, ait  
MESSIAS, ut pudefiant & retro convertantur, h. e. conatibus suis exci-  
dant, ideoque pudore suffundantur. Pudeferi videtur delecta-  
tioni animi oppositum, retro converti, studio & conatibus nocendi & per-  
dendi. Sed figura satis usitata prædicata hæc inter se permu-  
tantur contrariorum sc. trajectione decussatim facta, ut loquitur *PI-*  
*SCAT.* ad *Rom.* VIII. 37. c. SCHMIDIUS. Illufores sunt, qui dicunt Heab,  
Heab

*Heab!* Hæc interjectio est illudentium miseris & de illorum calamitate gaudentium. Et ita *Pf. XXXV. 21.* Hi, dignum est, ut confundantur & perturbentur super mercede pudoris sui, quæ  $\Phi$ g. quoque occurrit *Pf. LXX. 4. h. e.* pro mercede referant pudorem, eumque tantum, ut in stuporem dentur, &, ut Apostolus loquitur, habeant fructus, quorum ipsos pudeat, *Rom. VI. 21. coll. Phil. III. 19.* Significatio mercedis hic potius locum habet sc. *Aben. Esram & Kimchi,* quam vestigiorum, *Pf. LXXVII. 20.* quod placet *R. Salomoni.* Ita sane illud est MESSIÆ *Matth. XXVII. 39. sqq. Marc. XV. 29. sqq. Luc. XXIII. 35. sqq. coll. Pf. XXII. 7. sqq.* Jam recens nati animam querebat Herodes, *Matth. II. 13. 20.* Multo magis adulti & scelera ipsorum & corruptissimos mores arguentis vitæ insidiebantur Judæi, licet veritatem ipsis predicaret, ut ipse queritur, *Job. VIII. 40.*

§. XXVI Hanc hostium suorum fortem illustrat à contrario, sectatorum sive discipulorum Messie sive Deo adherentium felicitate & gaudio: Gaudeant & letentur in te omnes quærentes Te: Dicent semper, Magnus sit Dominus, diligentes salutem tuam, v. 17. Quærentes Deum sunt MESSIÆ sectatores & discipuli. Nam qui credunt in Deum, in eundem quoque credunt, *Job. XIV. 1.* lidem sunt, qui diligunt salutem Dei, exemplo Jacobi moribundi, qui non redemptionem Gideonis aut aliorum judicum sive heroum populi Judaici, sed Messie expectabat, *Gen. XLIX. 18.* qui expectant consolationem Israëlitis, *Luc. II. 25.* & redemptionem v. 38. qui gaudent de Deo saluari suo, cum Maria, *Luc. I. 47.* Sed quæ horum est conditio, quod studium, & quid agunt? Gaudent & letantur, Deumque celebrant, exemplo Mariæ: Magnificet anima mea Dominum, & exsultet spiritus meus in Deo saluari meo. *Luc. I. 46. 47.*

§. XXVII. Denique MESSIAS totam suam precationem breviter collecta conclusione finit: Et ego miser & pauper sum; Dominus cogitabit de me: Auxilium meum & eripiens me tu es; Deus mi, ne moreris, v. 18. Miseram suam & calamitosam conditionem, de qua v. 3. 12. brevibus complectitur: Et ego sum afflictus & pauper. Prædicata alias quoque Messie attributa, *Zach. IX. 9. Pf. XXXV. 10. עני, ob passiones, כי נענה, Jes. LIII. 7. אביון ob fortunam novercantem, cum non habebat, ubi caput reclinaret, Matth. VIII. 20. 2. Cor. VIII. 9.*

Suam in Deo fiduciam, à qua orsus erat v. 2. iterum exponit, in ejus cura & providentia totus recumbens, Dominus cogitabit de me, scil. praevidet, curam mei habens, mihi que prospiciens. Hujus itaque auxilium & liberationem iterum praedicat; *auxilium meum & eripiens me tu es*, ut supr. v. 3. 4. Ad ultimum *festinatam* implorat opem; *Deus mi, ne tarderis*, auxilium scil. differens, quod idem petierat v. 14. *festina in auxilium meum*. ל' esse pro בעבורי, recte observat *Aben-Esra*. est enim *dativus commodi*; nec non מן esse *verb. neutrum*. Jud. V. 28. חשב autem hic potius significat *curam & providentiam*, quam *existimationem*, ut *Jes. XXXIII. 8.* quod vult secundo loco *Kimchi*, aut *operationem in animo*, ut suum reputet statum, quod putat *R. Salomo*, longe petita explicatione. Qua applicationem non est, ut denuo moneamus quicquam contra *Judeos*. Cujus enim precatio totus Psalmus est, ejusdem quoque est ejus conclusio.

§. XXVIII. Paraphrasis hæc est. V. 1. Præfecto Musicae, Davidis Psalmus, in quo Messias in carne & sub passionibus ad Deum orans introducitur. V. 2. Fiducia certissima fretus spero in Dominum, & inclinatur aurem suam ad me, & exaudit clamorem meum validum, lacrymis mixtum, quo deprecationes & supplicationes meas ad eum defero [*Hebr. V. 7.*] Et educit me è statu fovee passionum infernali, in qua est ejulatus & stridor dentium (*Matth. VIII. 12. XXII. 13.*) è carcere squalido, caenoso & lutofo (*Zach. IX. 11. Ps. LXIX. 2. 3.*) nec me in pulvere mortis sinit interire, (*Psalm. XXII. 16. XVI. 9. 10.*) sed è morte extractum inque vitam revocatum in loco tuto, quin, tanquam triumphantem, & hostes infra me jacentes alte despicientem, in petra excelsa constituit (*1. Cor. XV. 54. sqq.*) gressusque meos plane confirmat, ut mors super me amplius dominari nequeat, (*Rom. VI. 9. 10.*) omnibus periculis & calamitatibus superiorem. V. 3. Qua ipsa tam insigni & recenti liberatione materiam novi cantici & laudis mihi suggerit, ut non possim non lato ore laudes & gloriam Dei, mei & meorum omnium fidelium, concelebrare. Hunc meorum passionum lætum exitum multi videbunt, (*Luc. IX. 31.*) & hinc filiali timore permoti, seriaeque peccatorum poenitentia

tia acta, toto pectore, plenaque animi fiducia in Deum Messiam recumbent. *V. 4.* Et sane beatus est ille vir, qui vera fide in Deo ponit fiduciam suam (*Jer. XVII. 7. 8.*) neque ad operum suorum merito turgidos respicit, neque ad illos, qui à recta divini cultus via declinantes, ad falsum quemcunque idolorum cultum conversi, vani & stulti facti sunt. (*Rom. I. 21, 22.*) *V. 6.* Ut vero novi mei cantici specimen dem, quod per omnem meam vitam perfono, hoc tale est. Ad Te me converto, optime Pater, Tu es summus Deus, Deus meus. Tu, quæ ab æterno decrevisti, & sapientissime excogitasti, mirabilia consilia tua de salute humani generis restituenda, in tempore perfecisti, quæ ad me non tantum pertinent, humani generis restauratorem, & salutis hominum ducem, sed & ad multos illos liberos, quos una mecum in gloriam duco, (*Hebr. II. 10. Jef. VIII. 18.*) quæ tot & tanta sunt, ut illarum seriem, magnitudinem, sapientiam, nullæ humanæ vires fatis ordinate concipere & perpendere possint (*1. Tim. III. 16.*) pro ea, qua tu in intellectu tuo divino concepisti & voluisti ratione. (*Matth. XI. 25. 26.*) Quod mei officii est, annuntiabo illa quidem, prout è sinu complexuque tuo afferro, (*Job. I. 18.*) & eloquar quam potero peritissime, (*Jef. L. 4. Job. III. 2. 11.*) sed omnes humanas vires, meas quoque, si in se spectem, & numero & magnitudine superant. *V. 7.* Consilium vero tuum salutis hoc est. Sacrificia cujuscunque generis, & in specie animalium, cum farreo conjuncta, quale erat quotidianum illud, licet ipse institueris, per se tamen non voluisti. Quam enim è sanguine animalium fuso & nidore carniū delectationem caperes? [*Pf. L. 13.*] Sed mihi in plenitudine temporis è muliere nato verum corpus humanum, ut alii infantes habent, omnibus suis membris constans, formasti, inque eo aures inprimis, ad tua mandata patentes, artificiose finxisti [*Pf. XCIV. 9*] scil. ut loco sacrificiorum omnium tibi essem, quem omnia sacrificia Levitica tanquam corpus suum adumbrarunt, [*Col. II. 17. Hebr. X. 1.*] adeoque nec holocaustum, quæ præcipua sacrificiorum species erat, neque in specie sacrificium pro peccato, abs hoc scil. antitypò meique præfiguratione sacrificii unius


nus perfectissimi & absolutissimi si fuisset, postulasti. *V. 8.* Secundum illud tuum æternum decretum, & evangelicum consilium sponsor ego factus sum generis humani. Nec enim voluntati tuæ obstiti, sed promptissime morem gessi. Statim, quamprimum illius tui consilii rationes explicuisti, id quod ab æterno factum est, tanquam humani generis ἕγγυος & expromissor, dixi, & deinceps re præstiti: ecce venio assumpto corpore humano, in quo peccata hominum sustinerem & expiarem super ligno; (*1. Petr. II. 24.*) sacrificium piaculare pro hominibus, (*2. Cor. V. 21.*) prout quidem de me per totum scripturæ sacræ, Mosis & Prophetarum, volumen scriptum & prædictum est. *V. 9.* ad tali modo perficiendam ipsam illam tuam voluntatem de redimendo genere humano: quod meum officium & sanctissime & integerrime obibo, satis & idonee ad id instructus, nec ulla mali labe tactus, sed purissimus & integerrimus, qui omnem Dei legem in intimis pectoris penetralibus reconditam habeo, nec unquam peccatum commisi aut committere potui, (*1. Petr. II. 22. 23.* coll. *Jes. LIII. 7.* *Job. VIII. 40.*) adeoque sine omni ⲙⲟ vel labe sacrificium, in quo Deus nihil habet, quod notet, eumque quod offendat. *V. 10.* Hujus vero sacrificii ut homines fructum habeant, ipse quoque beneficii mei præco sum, & annuntio justitiam à me partam in concione magna fidelium, qui illud avidè acceptant; idque palam & intrepide, ut neminem me in eo impedire sinam, quin omne Dei consilium exponam, licet sint, qui illud audire nolint, suoque malo reproberent, (*Luc. VII. 30.* *2. Petr. II. 1.*) ut testes mihi erunt non tantum homines, amici & inimici, sed ad te quoque, summe Deus, provoco, ut testem infallibilem, meæque in domo tua fidelitatis summæ assertorem. (*Hebr. III. 2.* *V. 4. 5.*) *V. 11.* Adeoque justitiam tuam, à me profectam, tuæ justitiæ præstitam & oblatam, in me credentibus dispensandam, non penes me teo & recondo, qui eam hominibus sane non invideo, pro quibus me sanctificavi & devoti totum, (*Job. XVII. 19.*) sed salutem tuam veracissimam & constantissimam, cum per me omnes tuæ promissiones ratæ, veritas & Amen sunt, (*2. Cor. I. 20.*) tanquam magnus Propheta (*Deut.*

(Deut. XVIII. 15. 18. Act. III. 22. 23.) & exegeta, clare & distincte eloquor & enarro. (Job. I. 18.) nec subduco vel minimam partem gratiam tuam & veritatem evangelicam concioni fidelium magnæ, ubicunque terrarum sit, sive prope sive in distitis regionibus, quos omnes ego congregabo & in unam concionem vel certum adducam. (Job. X. 16. XI. 52. Act. II. 39.) V. 12. Quamobrem quanto ego zelo officii mei partes ago, nec quenquam in eo me impedire patior, tanto te quoque studio, ô Deus, in me ferri oportet, nec pati, ut tuam misericordiam ulla res remoretur, quo minus largissime eam mihi concedas: & cum per me homines fructum habent gratiæ & veritatis tuæ, non minore gratia & constantia mihi adesse velis, ut ab omnibus imminentibus malis me tutum præstes. V. 13. Nam circumdederunt me instar profundissimi gurgitis innumerabilia mala; peccata humani generis mihi imputata, quorum poenam ut luam necesse est, listorum instar me comprehenderunt, ut effugiendi locum non inveniam, & nunc quidem maxime solvendum sit, quod non rapui. (Ps. LXIX. 6.) Quorum quidem malorum sensus omnem oculorum usum mihi adimit, ut nec illi, nec reliqua corporis membra officium suum facere possint: nec illorum modus aut numerus est, sed plura sunt, quam capilli capitis: unde & interiores cordis vires me destituunt, animæque deliquium patior. V. 14. Tanta cum mea est calamitas, placeat tibi, ô Domine, pro misericordia tua, me eripere: ô Domine, cum hac hora vis tenebrarum me tenet, festina in auxilium meum. V. 15. Illi autem hostes mei, qui vitæ meæ insidiantur, ut me exstingvant, nomenque meum deleant, quicumque illi sint, sive Judæi & Sacerdotes, sive potentes & in magistratu constituti, pudescant & in ruborem dentur, cum me è mortuis resurrexisse comperient, (Matth. XXVIII. 11.) quique è meis damnis & malis voluptatem & gaudium capiunt, infecta re abeant & ignominia afficiantur. V. 16. Pro præmio ignominiam referentes in stuporem denique dentur, qui in gravissimo meo supplicio petulantissimis verbis & gestibus mihi illudunt. (Matth. XXVII. 39. 59.) V. 17. Ab altera autem parte gaudio & læticia


titia perfundantur à te omnes, qui salutis suæ cura anxii te tu-  
amque gratiam serio quærunt, me, extra quem salus non est,  
(*Act. IV. 12.*) gratiæ paratio: quique à me tuo jussu & arbitratu  
partam salutem anxie anhelant, consolationemque Israël's uni-  
ce diligunt, grato hoc beneficium ore prædicent, teque laudibus  
summis evehant. *V. 18.* Vt denique verborum meorum sum-  
mam faciam; lubens quidem fateor, me afflictum esse & paupe-  
rem. Sed eo non obstante in Dei providentia, extra quam me  
nullatenus positum scio, totus recumbo, qui mihi rebusque  
meis satis prospiciet. Tu, ô qui meum es auxilium & libera-  
tor, vindex & assertor, Deus mi, cum malorum gravitas me  
tantopere urget, ne quæso tarderis, sed subitum,  
peto, feras auxilium.

S. D. G.














perfectissimi & absolutissimi si fuisset, postulasti. V. 8. Se-  
 illud tuum æternum decretum, & evangelicum confi-  
 sor ego factus sum generis humani. Nec enim vo-  
 obstiti, sed promptissime morem gessi. Statim, quam-  
 s tui consilii rationes explicuisti, id quod ab æter-  
 tanquam humani generis εγγυος & expromissor,  
 s re præstiti: ecce venio assumto corpore hu-  
 m. peccata hominum sustinerem & expiarem super  
 lign. (.) sacrificium piaculare pro hominibus, (2. Cor.  
 V. 21.) de me per totum scripturæ sacræ, Moïsis  
 & Prophetarum scriptum & prædictum est. V. 9. ad tali  
 modo p. sam illam tuam voluntatem de redimen-  
 do gener. od meum officium & sanctissime & inte-  
 gerrime or. onee ad id instructus, nec ulla mali la-  
 be tactus, se. integerrimus, qui omnem Dei le-  
 gem in intim. etralibus reconditam habeo, nec  
 unquam pecca. ut committere potui, (1. Petr. II.  
 22. 23. coll. Jes. L. 40.) adeoque sine omni  
 vel labe sacrificium. nihil habet, quod notet, eumque  
 quod offendat. V. sacrificii ut homines fructum  
 habeant, ipse quoque præco sum, & annuntio ju-  
 stitiam à me partam. gna fidelium, qui illud a-  
 vide acceptant; idque p. de, ut neminem me in-  
 eo impedire sinam, quin silium exponam, licet  
 sint, qui illud audire nolint. reprobent, (Luc. VII.  
 30. 2. Petr. II. 1.) ut testes mi. tantum homines, ami-  
 ci & inimici, sed ad te quoque. rovoco, ut testem  
 infallibilem, meæque in dom. summæ asserto-  
 rem. (Hebr. III. 2. V. 4. 5.) V. u. am tuam, à me  
 profectam, tuæ justitiæ præstitam. me credentibus  
 dispensandam, non penes me teg. qui eam ho-  
 minibus sane non invideo, pro quib. vi & devo-  
 vi totum, (Job. XVII. 19.) sed salutem t. m & con-  
 stantissimam, cum per me omnes tuæ p. æ, veri-  
 tas & Amen sunt, (2. Cor. 1. 20.) tanqu. opheta  
 Deut.